

canonico (de iure enim ciuili iam supra dixi) ubi iudex recusatus est, & probata sit ab arbitrio recusat.

35 Nota quoddam cap. cum speciali, de appellat. habetur, quod iudex recusatus probata recusatone, vel transmittat ad suam superiorem causam, vel eam de recusatoris assensu committat, & sic iuxta hunc textum vel iudicanda est ea causa à iudice superiori, vel de deleganda per iudicem recusatum alteri, vt de eadem.

36 Pro huius explicatione, scilicet ad intelligendum quando possit recusatus iudex alteri causam delegare, statuenda sunt sequentes conclusiones.

37 Prima conclusio. Si est iudex delegatus ab inferiori, quam à Principe, nullo modo potest eam subdelegare, huiusmodi enim delegatus non potest subdelegare, l. note maiorum. ff. de iur. iur. om. iudic. à iudice. C. de iudicis. Sic Maranta de ordin. iudic. 4. p. d. 5. n. 2. 5. & 41.

38 Secunda conclusio. Si iudex recusatus est delegatus à Principe, potest ante propositam recusatorem committere alteri causam, dummodo in totum committat, alias potest recusari. At proposita recusatone, licet arbitri non sint electi, non potest alteri causam delegare, nisi consentiente recusatore; hoc verò consentiente, potest, licet electi sint arbitri, & coram eis sit probata causa recusatorem, modò arbitri non pronunciant causam esse legitimam: hoc verò pronunciat, nequit etiam de consensu recusatorem, quia iam desit esse iudex. Hæc habentur cap. iudex, de offic. deleg. in 6. Maranta de ordin. iudic. 4. p. d. 5. n. 41. Francus cap. cum speciali, de appellat. num. 1. 3. & 14. quod limitat num. 14. cum Lapo, & Dominico d. cap. iudex, nisi à sententia arbitrorum sit legitime appellatum: tunc enim etiam pronunciat ab eis sententia, potest de consensu recusatorem alteri delegare.

39 Tertia conclusio. Si iudex recusatus est ordinarius, potest etiam inuitis partibus, postquam recusatus est, alteri delegare, antequam arbitri pronuncient sententiam. Sic Francus cap. cum speciali, de appellat. num. 1. 5. & ibi Panorm. Maranta de ordine iudic. 4. p. d. 5. num. 41. per d. cap. cum speciali, & per cap. si quis contra clericum, de foro compet. Imò Bald. d. cap. cum speciali, dicit, etiam post pronunciationem sententiae posse; sed verius est non posse, nisi de consensu recusatorem, hoc tamen consentiente posse, vt probat d. cap. cum speciali, & ibi Francus num. 16. Panorm. & Immola ibi; imò Immola, & glossa d. cap. cum speciali, dicunt etiam requiri consensum alterius partis. Sed verius est non requiri, quia cap. iudex, de offic. deleg. in 6. d. cap. cum speciali, tantum requirunt consensum recusatorem, & iure communi potest ordinarius delegare etiam inuitis partibus. Sic Francus d. cap. cum speciali, num. 16. & ibi Panorm. post pronunciationem verò arbitrorum dicunt aliqui, quod etiam de recusatorem consensu, nequit ordinarius committere, & videtur pro hoc facere d. cap. iudex, & videtur tenere Butrio, & Immola d. cap. cum speciali; sed verius est posse delegare de consensu partium, quia ordinarius non desit esse iudex. Sic Francus d. cap. cum speciali, num. 18. Panorm. cap. si quis contra clericum, de foro compet. Sed si partes non consentiunt, tunc debet remitti causa ad superiorem, vt sit iudex in ea causa. Francus d. cap. cum speciali, num. 19. & ille superior potest etiam

recusari, nisi de partium assensu sit electus, id est, facta remissio de partium voluntate, & si recusetur, est faciendâ de nouo electio arbitrorum. Francus d. cap. cum speciali, num. 19. alios referens.

D V B I V M I V.

Qualiter Prælatus Regularis debeat procedere per viam accusationis contra subditum Regularem.

Supposito (vt dixi supra dub. 1. fin.) tunc esse procedendum hac via, quando Religiosus intulit iniuriam tertio, qui vult, & potest accusare, & delictum illud probare potest duplici telte fide digno.

Primo debet Prælatus formare processum hoc pacto, In ciuitate Cordubensi die 20. May anno 1547. Petrus Antonius Religiosus accusauit de tali crimine, & iussit Ioannes Minister Prouincialis, vel guardianus informationem sequentem facere coram me T. notario à suis consiliis. hic inferenda est omnis probatio, quæ in eum exiterit, & de reo confessio accipiendâ, & quidquid supra diximus dub. 2. in processu via inquisitionis; excipe tamen quoddam hic non est necessaria infamia ad interrogandum reum, sed quoddam delictum probari possit, & iam semiplene probatum sit. Excipe etiam, quod est grauis difficultas, an clericus torqueri possit, quando non est infamatus de delicto, de quo de re dub. sequenti dicam, certius esse posse torqueri. Demum excipe, quod si plene probetur delictum, est damnandus integra pena, secundum omnes; in ceteris verò idem dicendum est in vtroque procedendi modo.

D V B I V M V.

Qualiter Prælatus debeat procedere contra Regularem via denunciationis Evangelicæ, seu fraternæ.

Supposito (vt dixi dub. 1. fin.) hoc procedendi generis locum habere quando delictum est in solius peccantis damnum, & est occultum, id est, non laborat infamia.

Primo ergo debet Prælatus vocare reum, nec potest statim punire, licet crimen sit probabile, sed prius omnia tentanda sunt media, vt fratres sine correptione iudiciali corrigatur, unde debet prius leniter admonere, & si hoc non sufficit, debet minis admonere, quod eius vitam explorabit, & potest admonere coram aliquibus viris grauib; si viderit expedire. Ratio, quia finis correctionis fraternæ, est sola emendatio fratris: ergo omnia prius tentanda sunt, vt fratres sine correptione iudiciali corrigatur. Hæc Sotus lib. de secreto, memb. 2. quest. 4. conclus. 7. Bañez 2. 2. quest. 33. art. 8. conclus. 3. fol. 1261. Sed Sotus dicit non licere adhibere verbera, si viderit ad correctionem expedire. At melius Bañez dicit ibi hoc licere, quando argenta qualitate peccantis viderit Prælatus ad subditi correctionem expedire; quia patri carnali liceret secreto verberare filium.

Nota quod si crimen non sit probabile, non potest Prælatus cogere subditum ad fatendum crimen; si verò sit probabile, tenetur subditus fateri illud

illud Prælato tanquam patri, si ipsi constat habere Prælatum testes sufficientes, vel iudicia sufficientia, quia in hoc casu ius habet Prælatus interrogandi tanquam pater. Sic Bañez dicit. art. 8. dub. 4. conclus. 3. fol. 1261. Sotus d. conclus. 7. & lib. 5. de iust. quest. 6. art. 2. conclus. 3. limitans ibi, nisi non leuiter, sed grauitur timeat, quod tanquam iudex machinatur eum caligare.

Secundo dico: Si facta hæc diligentia subditus proponit emendam, & fateatur crimen, non licet Prælato ultra procedere iudicialiter, quia iam finis intentus est comparatus. Sic Sotus de secreto, memb. 2. 7. 4. conclus. 7. Nauar. cap. inter verba, in nouo corol. 5. 9. num. 160. & dicit Sotus ibi, quod hic confessus quando crimen est probabile, potest cedi flagello fraternaliter, non ad punitionem præteritæ, sed ad terrorem in futurum; non tamen potest excommunicari. Sed Bañez ibi dicit hoc intelligendum de publica ac forensi excommunicatione, sed potest finiri iei precipi sub excommunicatione late sententia, vt deinceps vitet talem peccandi occasionem.

Tertio dico: Si verò facta diligentia prædicta, adhuc Religiosus est pertinax, nec vult recognoscere delictum, & corrigi, tunc si delictum est omnino fecerim, non potest amplius Prælatus procedere, sed debet orare pro illo, & expectare donec sint alij testes, quibus delictum probari possit.

Sic Sotus d. memb. 2. 9. 4. conclus. 8. Si verò delictum sit probabile, aut non est ipse emendat per punitionem, & tunc hic pertinax est excommunicandus coram testibus denunciationis, vt dixi supra cap. 2. de denunciat. dub. 11. vbi hoc contra alios probauit, licet ad alias penas iuris procedendum non sit. Si verò sit ipse emendat (vel in casu in quo illa punio obest peccatori, prodesse tamen bono communi, vt explicui d. dub. 11. tunc ex quo subditus per secretam Prælati monitionem renuit corrigi, cessat iam via correctionis fraternæ, & trahitur sit ad iudicalem. Sic Sotus d. conclus. 8. & ratio est, quia ipsa rebellio habet vim accusatoris, sicut in delictis publicis, quando proceditur via inquisitionis, infamia, vt bene Sotus de secret. memb. 2. 9. 6. vers. ut verò, & Nauar. cap. inter verba, in nouo corol. 5. 9. n. 160. & in antiquo corol. 5. 9. n. 628.

Vnde debet Prælatus formare processum hoc modo, v. g. In ciuitate Hispalensi die 22. anno 1612. Ioannes minister Prouincialis affirmat ad suam deuotionem, quod Petrus suus Religiosus excessisset in talibus, & eo quod non sit infamatus, nec publicum scandalum eum vocasse semelque ac iterum corripisse, protestando se super illud informationem facturum, nisi vellet suum crimen recognoscere, ac se corrigere, & ea quod corripit pernix in suo exiterit crimine, sequentem informationem iussit facere circa dictum crimen coram me T. notario à suis consiliis.

Postea vocandus est denunciator, & suum dictum iudicialiter accipiebat, quia denunciator potest esse testis, & est testis integer, vt supra diximus cap. 2. de denunt. dub. 1. 3. vbi etiam diximus, an in famis, & alij inhabiles admittantur. Recipiendi etiam sunt quotquot fuerint testes, & postea confessio à reo accipiendâ, & reliqua sunt faciendâ, sicut supra dub. 2. diximus procedendum esse quando proceditur via inquisitionis.

Specialis tamen difficultas est, an Clericus, vel Religiosus possit in hoc processu torqueri, & supponamus in hoc processu, si opus est posse te torqueri, quod docet Sotus de secreto memb. 2. 9. 4. concl.

§. At de clericis est specialis difficultas, quia in hoc processu, licet equum iudicè probetur: at non laborat infamia, & dicitur plures clericum torqueri non posse, nisi sit infamatus. Sic Bernard. Diaz præterim. cap. 12. num. 1. & in regul. iuris. reg. 126. limit. 1. sublimit. 3. & multos pro hoc referit de Gratian. reg. 126. num. 9. Duasnes reg. 190. limit. 3. Padilla l. 1. C. de iuris & facti ignorant. num. 9. Plaza de delictis, cap. 6. num. 10. Iulius Clarus lib. 5. recept. §. fin. quest. 6. 4. vers. sed an clericis, Perez lib. 1. ordinum. tit. 2. l. 1. Gregor. Lopez l. 2. tit. 30. part. 7. vers. Auallero, vbi dicit hanc doctrinam ferè apud omnes obtinuisse, & aliquibus modis restringit.

Sed contrarium, scilicet non requiri infamiam, inuenit Salzedo præterim. Bernardi Diaz, cap. 12. 5. vers. 1. 8. & licet opinio Panormit. quem sequitur Felinus, cap. olim, de rescript. vers. totius casus, Alernatus cap. 1. num. 4. 3. de offic. ordinum. Simanc. de institut. carhol. tit. 6. 5. num. 4. 8. & hanc dicit Iulius Clarus supra praxi feruari, & ratio est, quia nullibi legitimus circa hoc clericis esse aliquo privilegio munitos, & alias rationes afferunt Doctores citati.

Tandem plene probato delicto non est in hoc processu infligenda integra legis pena, sed mitior, vt explicui & probauit supra cap. 2. de denunciat. dub. 12.

D V B I V M V I.

Qualiter procedere debeat Prælatus contra Regularem via denunciationis canonicæ.

Supposito (vt dixi supra dub. 1. fin.) quod hic processus est quando denunciatur ad vitandum alicuius damnus: vt quando denunciatur crimina, que redundant in damnum commune, vel alicuius priuati, & damnus pendet in futurum.

Dico ergo, quod si peccator monitus à Prælato corrigitur, & omnia mala cessant in futurum, & hoc est certissimum, non debet vitra procedi ad punitionem peccatoris. Si verò hoc non est certum, vel non corrigitur, debet procedi iudicialiter modo dicto in dubio procedenti, licet ipse emendat non sit, vt late probauit dub. 11. de denunciat. duobus vltimis conclusiõibus, & ibi dub. 12. probauit non esse infligendam integram legis penam.

C A P V T I X.

De exemptione Regularium.

S Y M M A R I V M.

- DVB. 1. Qualiter Religio Societatis Iesu exempta sit à iurisdictione ordinariarum.
- 2. In quibus subiectis finit post Tridentinum Concilium ordinariis exempti.
- 3. An contra exemptos possit procedere iudex Papa delegans ad corrigendum clericos, non facta de exemptis mentione.
- 4. An exempti citati ab ordinario teneantur coram ipso privilegium exemptionis exhibere.
- 5. Qua forma respicienda videtur Religio exempta, vel Religiosus exemptus, quando ante ordinarium conuenitur, & quo pacto suam exemptionem defendat.

- 6. An quando Religio est alior aduersus Laicos, possit ipsos conuenire coram iudice conseruatore per ipsam electo.
- 7. An possit contrariu monasterium Reque Episcopi auctoritate.
- 8. An quando in privilegio continetur, ut non intelligatur reuocatum, nisi de eo fiat specialis mentio de verbo ad verbum, intelligatur reuocatum per clausulam, non obstante quocumque privilegio, etiam si habeat clausulam, ut de verbo ad verbum fieri debeat de illo mentio cuius tenorem pro inferro volumus haberi.
- 9. An Regulares possint uti suis privilegiis contra alios Regulares familia privilegia habente, etiam si ipsi illis non utantur, & similiter si miliares Religiosum, possint uti privilegiis Religiosum contra ipsos Religiosos, etiam si ipsi privilegiis Religiosos non utantur.

D V B I V M I.

Qualiter Religio Societatis Iesu exempta sit a iurisdictione ordinariorum.

SUPPONENDUM est, quod duplex est Episcopi lex: quarum dicitur Celsano, ad quam spectat conuocare ad Synodum, ad sepulturas mortuorum, cathedralicum, id est, quod soluitur in signum subiectionis, & tertia, vel quarta mortuorum, decimationum, hospitiorum, & similia, que consistunt in recipiendo. Alia est iurisdictionis, ad quam pertinet datio curae, delictorum coertio, &c. de quibus Syluest. verb. Episcopus, quest. 7. & ibi alij lummistae glossa cap. dilectus filius, de offic. ordin. vers. de lege.

Secundum supponendum est, quod exemptus dicitur ille, qui potuit exemptione, id est, libertate, qua eximitur a iurisdictione, & potestate ordinarij, ita, ut maneat, vel soli Papa subiectus, vel etiam suo Praelato. Syluest. verb. exemptio, initio.

Tertio supponendum est, quod exemptio est duplex, quarum una est personalis, quarum vero localis: illa est, quando persona ipsa per se, & non ratione loci eximitur a iurisdictione: ut si concedatur canonicis alicuius Ecclesiae, quod non possint excommunicari, nec interdici, tunc personae manent exemptae, & non locus. Haec vero est, quando exemptio conceditur alicui loco, ut si hospitali, vel monasterio concedatur, quod non possit interdici, solus locus manet exemptus: at personae, quae in ipso commorantur, aliquo modo manent exemptae, non omnino, & per se, sed ratione loci, id est, quatenus loci libertas exigit. v. g. quia locus non potest interdici, personae manent liberae ad celebrandum in eo diuina officia. cap. per exemptionem, de privileg. in 6. cap. cum capella, de privileg. vbi notant Doctores quod exempta capella, non manent capellani omnino exempti, sed quatenus exercent officium in capella, de quo consulendus est Syluest. verb. exemptio, quest. 2. vbi tractat exempta Ecclesia, qui tunc censentur exempti, & Mandosius praxis signaturae, verbo exemptio, item in exemptione locali privilegij exempti non extenditur ultra locum, quia est reale, secus in personalis. Syluest. verb. exemptio, quest. 3.

Quarto supponendum est, ex quibus verbis inducatur exemptio personalis, non enim censetur Papa eximere aliquos a iurisdictione ordinarij per hoc, quod dicit; Iurisdictionis vos sub nostra, & Sedis Apostolicae protectione, cap. ex parte et. 2. vers. recipimus; de privileg. & ibi Panorm. & Socinus, & Doctores non citandi. Vnde oportet quod dicat, immediate nobis subieciimus, vel eximimus a iurisdictione ordinariorum. Sic Henric. lib. 7. de indulgent. cap. 25. initio, & cap. 24. num. 2. in comment. lit. M. vbi alios etiam refert. Idem Syluest. verbo exemptio, §. 2. & q. 4. Angel. verbo exemptus, num. 2. & ibi Tabien. quest. 3. D. Anton. 3. p. tit. 16. cap. 9. §. 2. Similiter eximit, si dicat: Recipimus illos in proprios subiectos; secus si dicat, in proprios filios, ut d. cap. ex parte, & cap. 1. de verb. significan. 6. vbi & glossa Francus, Anchar. & omnes, Syluest. Tabien. Angel. D. Anton. vbi supra. Similiter censetur eximere locum, si dicat: in privilegio exemptionis, vel in sententia, super ea Ecclesiam iuris B. Petri existere, siue ad ius, & proprietatem Romanae Ecclesiae pertinere, vel ad Romanam Ecclesiam specialiter, vel sine medio, & simpliciter pertinere, vel quod Ecclesia sit libera, vel Romana Ecclesia libertate fruatur, vel quod Episcopus non audeat ibi cathedram collocare, vel imperium, & potestatem exercere, vel quod eam eximit, vel sit libera a potestate Episcopi. Sic Syluest. Angel. Tabien. D. Anton. vbi. His positus, fit

Prima conclusio, Solus Papa potest vniuersaliter eximere ab ordinarij iurisdictione, cap. frater, vers. & cum oportuisset 16. quest. 1. & cap. 1. 1. 3. quest. 1. & cap. 1. iuncta glossa vers. exemptionis, de privileg. in 6. Mandosius in signaturae gratia, verb. exemptiones ab Episcopis, vers. eximere. Anchar. & Francus cap. 1. de privileg. in 6. Panorm. & glossa cap. cum olim, 1. de privileg. 5. tit. 5. part. 1. vbi Greg. Lop. vers. facit. Syluest. verb. exemptio, §. 1. & ibi Armilla n. 1. Angel. verbo exemptus, initio, D. Anton. 3. p. tit. 16. cap. 9. §. 1. Henricus alios multos refert d. cap. 24. n. 3.

Hinc fit, quod Legatus a latere non potest generaliter aliquem eximere a iurisdictione proprii Episcopi. Sic Henricus eod. num. 3. refertur Socinum, & Gambaram.

Nec potest Episcopus oues a propriis parochis probatis generaliter eximere. Henricus eod. n. 3. dans rationem, quia parochi iure communi habent a Papa iurisdictionem, & alios Doctores refert, qui male citantur, id enim non dicunt.

Secunda conclusio, Regulares sunt iure communi exempti a lege dioecelana Episcopi, non vero a lege iurisdictionis, nisi muniti sint speciali privilegio. Vnde omnia monasteria Monachorum, & Monialium, omne denique hominum genus in dioecesi cuiuslibet Episcopi existentia, sunt de iure canonico sub Episcopi cura, & iurisdictione; laici scilicet quoad spiritualia, clerici vero siue saeculares, siue Regulares, quoad omnia. Patet 1. pars. cap. 1. 11. quest. 1. & cap. inter ceteras quest. 3. & 18. quest. 2. cap. quam sit, & 16. quest. 1. cap. placuit. Patet secunda pars cap. ubi non, dist. 6. 1. cap. omnes basilicae, 16. quest. 7. cap. Abbatibus, & cap. sequenti, 18. quest. 2. cap. cum Episcopis, de offic. ordin. in 6. cap. cum olim, de prescrip. in principio, cap. cum venerabilis, de exception. cap. 1. de offic. ordin. & tenent Syluest. verbo Episcopus, quest. 7. vbi alij lummistae, glossa cap. dilectus filius, de offic. ordin. vers. de lege, & ibi Panorm. num. 4. Innocent. cap. 1. de stat.

stat. Regular. n. 4. Turret. d. cap. quam sit, sine lex 2. tit. 1. 2. part. 1. & ibi latissime Gregor. Lopez, Henricus alios refertur lib. 7. de inuulg. cap. 24. num. 2. & quoad secundam partem eam tenet Mandosius, signaturae gratia, verbo exemptionis ab Episcopis.

Nota hoc esse verum, etiam si testator, vel fundator posuisset, quod institutio non spectaret ad Episcopum. Ad quod faciunt, quae supra diximus lib. 2. cap. 2. de benefice. dub. 3. 2. & patet ex cap. sic quidam, cap. nouerit, 20. q. 2. Bartol. l. quoties §. in fine de administr. tutor. Panorm. c. dilectus in 4. notab. de consuetud. & cap. requisisti, num. 2. 2. de testam. Felinus cap. cum venerabilem, num. 3. 3. de exception. Decius cap. 1. 1. 2. 1. num. 2. Mandosius vbi supra.

Hinc fit, quod stando in iure communi Episcopus habet liberam facultatem seclera inquirendi, iudicandi, ac puniendi quoscumque Regulares, cap. Episcopus in Synodo, 3. q. 6. cap. cum contingat, de foro compet. cap. irrefragabilis, de offic. ordinarij. Sic Mandosius ibidem.

Tertia conclusio, Iam omnes Religiones, demptis quibusdam monasteriis Monialium subiecta ordinario, habent privilegium exemptionis, & in speciali Societas Iesu habet privilegium exemptionis coeclum a Paulo III. anno 1549. h. i. c. erbis. Eximimus Societatem, & vniuersos illius, sacros, & personas, illorumque bona, quocumque ab omni superioritate, iurisdictione, & ab omni correctione quorumcumque ordinarij, secus facta irrita, & inania esse decernimus; & Gregor. XIII. anno de 1584. in extrauag. quae incipit, Ascendente Domino in nauiculum, de his, qui peracto biennio nouitatus vota emiserunt in Societate, dicit haec, sunt immediate huic Apostolicae Sedis subiecti, & a quorumvis ordinarij, & delegatorum, & aliorum iudicum iurisdictione omnino exempti; & Pius V. anno 1571. Societatem Iesu inter ordines mendicantes adscriptis his verbis. Societatem, & singulas eius personas, vere, & non fictis esse mendicantes declaramus, & postea latissime omnia privilegia, exemptiones, immunitates, facultates, concessiones, indulgentias, dispensationes, tam iuris, quam hominum, literas apostolicas, etiam institutiones, siue maxime concernentes in fauorem mendicantium concessas, siue in posterum concedendas, habere eque locum in Societate, cuiusque personis. Idem decreuit Pius V. anno 1565. per quae verba clarissime conceditur Societati exemptio localis, & personalis, ut constat ex tertio, & quarto fundamento supra positus.

Nota primo, quod per hanc exemptionem non fit iniuria ordinarij, ut bene probat Henric. lib. 7. de inuulg. cap. 24. a. num. 4. latissime, & Mandosius vbi supra.

Secundo nota esse graue dubium, an exemptio exemptione dicta, eximatur per hoc a iurisdictione Nuncij, caeterorumque Legatorum Papae.

Pro cuius intelligentia suppono primo, quod Legati Papae sunt iudices ordinarij, & sic habent iurisdictionem ordinariam, extraordinariam tamen; & sic Henric. lib. 7. de indulgent. cap. 25. num. 3. dicit Legatum, seu Nuncium Apostolicum esse ordinarium extraordinarie. Idem Panormitan. cap. 1. de offic. legati, num. 3. & dat rationem cur dicitur extraordinarie ordinarius, quia scilicet, non est a iure deputatus certus locus pro Legato. Et quod hi Legati sint ordinarij, patet ex cap. 2. de offic. legati in 6. & ibi glossa, & omnes.

Th. Sanchez. Consil. moral. Tom. II.

Secundum supponendum est quod Legatus Papae est triplex, quidam dicuntur a latere, & hi Legati sunt soli Cardinales secundum vsum, & ita in Romanae Curiae, quando mittuntur a Papa cum officio legationis, & dicuntur a latere, quia cum semper lateri Papae assistant, sintque ei a consilio, quando eos mittit, dicitur a latere mittere, & hi Legati habent maiorem potestatem, quam caeteri Legati, ut constat ex cap. si abbatem, de elect. in 6. Alij sunt Legati nati, quia nascuntur cum privilegio legationis, ex eo quod datur sibi aliqua dignitas, cui tale legationis officium est annexum: ut est teste Franco vbi infra, Archiepiscopus Cantuariensis, Eborensis, Remensis, & Milanus. Alij sunt Legati missi, & non de latere, ut sunt alij Legati. Sic Francus cap. 1. de offic. legati in 6. num. 3. Idem lex 2. tit. 9. part. 1. & ibi Gregor. Lopez vers. que vident. Host. summa tit. de offic. legati, num. 2. Speculator 1. part. tit. de legatis, sequitur videre. Panormitan. cap. 1. de offic. legati, & reprobat glossam ibi vers. vniuersa, quae videtur velle esse aliquem Legatum a latere, qui non fit Cardinalis; & quod solus Legatus Cardinalis dicitur a latere ultra praedictos, tenent etiam Panorm. cap. ad eminentiam, de sent. excomm. num. 1. Ioan. Monach. cap. super eo de heret. in 6. glossa cap. excommunicatis, vers. commissum, de offic. legati, & d. cap. si abbatem, vers. de latere. Mandosius reg. 1. 5. Cancellar. q. 5. num. 2. & dicit, num. 3. & 4. quod Nuncius Apostolicus est Legatus Papae, non tamen a latere, nisi sit Cardinalis. Addit tamen quod aliquando datur tali Nuntio facultas Legatorum de latere in sua commissione, & tunc potest omnia, quae Legatus de latere, & refert ad hoc Decium consil. 128. Paris. consil. 17. volum. 4. Gig. de penson. quest. 6. num. 29.

Quidam ergo in hac quaestione dicunt per dilectum privilegium exemptionis eximuntur Religiosos a potestate, & iurisdictione Nuncij Apostolici, quia expressis eximit a iurisdictione ordinarij cuiuscumque, & Nuncius est ordinarius. Sic Henricus lib. 7. de inuulg. cap. 25. num. 3. & refert multos, quorum aliquos vidi, scilicet Archidiaconus, & Dominicus, & id non dicunt.

Alij absolute dicunt non eximi a iurisdictione Legati Papae. Sic Roman. singulari 507. incipiente, an exemptus; quem sequitur limitans in Legatis natis, cum Baldo, & Socino, quos refert ibi Mandosius signaturae gratia, tit. exemptiones ab Episcopis, vers. amplius, & vers. limito.

Alij vero tenent eximi a iurisdictione omnium Legatorum etiam de latere. Probatur, quia privilegium Societatis citatum dicitur a iurisdictione omnium ordinarij, omnes Legati sunt ordinarij: ergo. Item, quia privilegium Sixti IV. concessum fratribus minoribus, quod per communicationem participat Societas Iesu tamquam mendicans Religio, dicitur, ne quisquam, & alij quicumque, & profus exempta, ut refert Tabiena vbi infra. Sic tenet dicens esse indubitatum Tabiena verbo exemptus, initio, & ibi Rosella num. 6. & Ioan. c. quod translationem, de offic. legati, ut refert ibi glossa, & videtur tenere Anchar. cap. 2. de verb. significan. 6. notab. 3.

Quarta tamen conclusio fit. Legatus de latere habet iurisdictionem in exemptis, non vero electi Legati. Probatur ex cap. si abbatem, de elect. in 6. vbi dicitur, quod si Abbas immediate Papae subiectus

Y subiectus

subiectus ligatur in Episcopum, nemo potest ei dare licentiam deferendi monasterium, nisi Papa, vel Legatus de latere, & subdicitur, quia hic potest prædictas exemptionum electione
 vero alij Legati, vbi clarè constat per exemptionem, qua quis redditur immediate Legati subiectus, non excludi iurisdictionem Legati de latere, & cap. 1. de verb. signific. in 6. vbi dicitur, quòd quando Papa recipit aliquos in proprios filios, non videtur per hoc concedere exemptionem, seu quòd non possint ab alio, quàm à se, vel à Legato de latere excommunicari: vbi in priuilegij exemptionis ab ordinariis videtur Papa parificari sibi Legatum de latere, vt scilicet non excludatur huius iurisdictione, licet nec sua. Sic docent Syluest. verbo exemptio, §. 1. & verbo delegatus, §. 1. 3. Ange verbo exemptio, initio, & verbo legatus, n. 3. Tabien verbo, legatus, quest. 2. n. 3. & §. 5. n. 6. Rolell. ibi n. D. Anton. 3. p. tit. 12. cap. 3. §. 1. Panorm. cap. 1. de offic. legat. n. 8. & ibi Immola sine, glossa ibi vers. vniuersas, & cap. quòd translationem, eod. tit. vers. reseruat. Cardin. eod. cap. quòd translationem, §. 5. Holt. summa tit. de offic. leg. num. 3. Speculator 1. tit. de legato, §. superest videre, num. 1. Ioan. Andreas cap. 1. de verb. signific. in 6. & ibi Francus n. 1. & d. cap. si Abbatem, num. 2. Et quòd Legatus à latere possit exercere iurisdictionem in exemptis, tenet etiam glossa pragmatica de causis §. si verò, vers. subiecto, in principio, quam refert, & sequitur Mandosius in signatura gratia. tit. exemptiones ab Episcopis, vers. presari, & omnes.

20 An verò credendum sit literis Legati facientis aliquid, quòd iure communi nequit facere, sed ex speciali commissione, nec offendenti literas commissionis. Speculator tit. de legato, §. superest videre, num. 1. & relatis aliorum opinionibus, concludit, quòd Legato Cardinali, & alij nato, & non suspensio, indistinctè dicitur, & raro (inquit) videmus de ipsorum potestate peti copiam.

21 Alij verò dicunt non credi etiam Legato à latere, in præiudicium partium. Sic Panorm. nisi (inquit) sit in contrarium consuetudo, cap. constitutio, de appellat. num. 12. Gregor. Lopez part. 1. tit. 9. l. 2. 3. vers. que vident, & facit glossa cap. sciat, de sentent. excom. vbi dicit, quòd honestas persone non facit, vt ei credatur in præiudicium tertij, & Holt. tit. de legato, num. 3. vbi dicit quòd si alij Legati à Legato lateris procedant contra exemptos, cum procedere nequeant, nisi ex speciali commissione, non est eis credendum, nisi priuilegium ostendant.

22 Ex dictis sit, Societas Iesu, & ordinum mendicantium Regulares eximi ab omni specie iurisdictionis, & causarum, & iurium, tam in rebus, aut personis, quàm in causa mixta ex re & persona; quia sit exemptio vniuersalis. Vnde excluditur omnis iurisdictione ordinarij, scilicet mediata, vel immediata, principalis, vel accessoria in Regulares. Sic late probans Henriquez, & alios allegans lib. 7. de iudicij. cap. 2. §. num. 4.

23 Sécundo inferitur, quòd in lite circa solutionem debiti, non potest ordinarius se intromittere contra Regularem exemptum; quia non est suus iudex. Sic expresse glossa Clement. dudum, de sepul. ad finem, vers. cohereri, vbi cum dicat ille textus, debere Religiosos exemptos soluere quartam parochie, quæ sit ibi glossa, à quo debeant cohereri ad soluendum, & dicit conueniri cleri-

cum, eo quòd propter exemptiones eorum non habent iudicem, coram quo possint ab ipsis peti debita. Vnde clarè sentit glossa, non posse cohereri ab ordinario. Item clarè tenet ibi Immola num. 64. 69. & 70. & dicit, solum posse cohereri à Papa, vel Legato Apostolico, iuxta dicta. Item Cardin. ibi, & Anchar. ibi num. 36. & Paulus ibi, & Bonifacius ibi, Nauar. cap. non dicitur 12. quest. 1. num. 96. Henriquez d. cap. 2. §. num. 4. Quòd quidem certissimum est, quando contractus est iustus, & delictum est commissum in loco exempto. Vide dub. sequenti, ad finem, casum exceptum, & Gutierrez quest. pract. lib. 3. §. 1. c.

Græue autem dubium videtur, an ratione contractus initi extra locum exemptum, vel circa rem non exemptam, vel ratione delicti contracti extra locum exemptum, possint Regulares exempti conueniri coram locorum ordinariis; nam cap. volentes, de priuileg. in 6. expresse definitur exemptos quantumcumque libertate gaudent, posse coram locorum ordinariis conueniri, ratione contractus, vel delicti facti extra locum exemptum, vel circa rem sitam extra locum exemptum. Et sic

D. Thom. 2. 2. quest. 67. art. 1. ad 3. Quòd non debent habere Mendicantes priuilegium exemptionis, nisi derogatione huius capitis, vt affirmat ibi Caetan. Nauar. d. cap. non dicitur, num. 96. D. Anton. 3. p. tit. 16. §. cap. 9. §. 1. Amil. verbo exemptio, num. 1. Syluest. ibi, quest. 9. Rosella verb. exemptio, num. 5. Tabien. ibi initio, & assert. priuilegium compendij Minorum verbo exemptio, num. 8. id fateor. Cæterum obstat Trident. sess. 7. de reform. cap. 14. vbi dicit, quòd circa exemptos seruetur d. cap. volentes, quod (inquit) sancta Synodus innouandum censet, & innouat, & concludit in fine illius capituli, Priuilegium, & exemptionibus aduersus præmissa nequaquam valiturus; vbi cum loquatur in plurali, videtur aperte referri ad omnia contenta in illo capite, maxime cum illud facti breue sit, & duo tantum decreta contineat. Quòd si dicas, quòd derogatio d. cap. volentes, censetur hoc Trident. decretum derogatum, vt dicit Henriquez d. cap. 2. §. num. 5. littera O. & videtur sentire Nauar. cap. non dicitur, num. 95. & 96. qui est numerus 63, in hoc eodem cap. contento sub grandi tomo nouorum corporum, vbi relato hoc decreto Tridentini, dicit raro habere locum d. cap. volentes, in Religiosis, quia habent derogationem ipsius, & non inuenit derogationis Tridentini, vnde videtur sentire ex consequenti derogatum esse Tridentinum. Sed ego non intelligo hoc: si enim derogatio cap. volentes, esset concessa post Tridentinum, fateor quòd eo derogato, Tridentinum censetur derogatum; derogatio d. cap. volentes, est multò antiquior, & post Tridentinum non inuenitur talis derogatio facta. Nec Societas Iesu, que inter Religiones recentior est, talem derogationem habet in priuilegijs suis exemptionis, & Trident. innouat d. cap. volentes, non obstantibus priuilegijs, exemptionibus, &c. Quòd si dicas, Mendicantes habere priuilegia exemptionis, & quòd illis non derogetur, nisi de verbo ad verbum fiat eorum mentio, & sic videtur non derogari per hanc clausulam generalem Concilij. Respondeo, quòd si est talis clausula, non enim illam in priuilegijs inueniunt licet in rescripto speciali nõ derogatur per clausulam generalem, ar in lege, vel statuto derogatur per clausulam generalem, vt tenet, dicens esse omnia, Couarr. rubrica de

de testam. 2. p. num. 20. & Nauar. lib. 3. consilij de Regular. consilij 2. num. 5. Item quia Ius IV. anno 64. quo confirmauit Trident. reuocauit proprio motu omnia priuilegia & gratias, etiam per mare magnum concessas, que contrahuntur decretis Tridentini, ac si nunquam fuissent concessas, vt refert Felicianus lib. de censuris tit. de priuileg. cap. 1. §. pag. 677. & Henriquez lib. 3. de panis. cap. 6. in commento littera R.

25 Sic ergo dicendum est, quòd manet in suo robore d. cap. volentes, sed nil facit contra Religiosos exemptos, quia licet Panormitan. cap. fin. de foro compet. num. 11. intelligat illud cap. volentes, etiam de exemptione personalis, quòd forte dicit verum Felin. ibi num. 5. in casu delicti commissi extra locum exemptum, non tamen (inquit) in ciuilibus: ac multo verius est illud cap. volentes, intelligi de exemptione ratione loci, ita ut exempti ratione loci possint conueniri, quoties contrahunt, vel delinquant in loco non exempto; vel circa rem sitam in loco non exempto; non verò loquitur de habentibus exemptionem personalem, qualem habent hodie omnes Religiosi. Probatur ex eodem cap. volentes, §. in eos autem, vbi statuitur, quòd si Religiosi sint priuilegiati, vt ordinarij non possunt illos excommunicare pro illa causa, & illorum ordinarij, quantum ad ista, in quibus sunt priuilegiati, vbi cumque illi fuerint, iurisdictionem non penitus exercere non possunt: ergo si horum, quorum personæ sunt exemptæ, quoad hoc iubet seruari priuilegium, vbi cumque delinquant: prior ergo pars illius capituli que eos subiecit ordinarijs ratione delicti, vel contractus in loco non exempto facti, intelligitur, quando priuilegium erat locale, & non personale. Item probatur ex cap. cum capella, de priuileg. vbi dicitur, quòd quædam capella habebat priuilegium, vt ipsius capellani non possent excommunicari, & ipsi in alijs non concernentibus dictam capellam, pretendebat se ab Episcopo esse exemptos, & respondit Papa, quòd in quantum exempti sunt ratione eiusdem capelle, seruetur priuilegium alijs verò non derogetur quòd aliquis non est ratione certi loci, sed simpliciter exemptus, eius exemptio non debet arctari loco. Item quia Trident. sess. 25. cap. 14. de Regulari. iubet, vt Religiosus publice delinquens extra monasterium puniatur à suo Abbate ad instantiam ordinarij, & si non castigetur à suo Abbate sic requisito, possit ordinarius punire: ergo sess. 7. cap. 14. de reform. quando iubet obierari caput volentes, non intelligit Religiosos volentes semper quòd delinquant extra claustrum, posse puniri ab ordinario; modò vtrique fieri posset, si cap. illud volentes intelligeretur de exemptione personali. Hæc exemptionem clarè insinuat lex §. tit. 9. part. 1. sine, vbi dicit quòd exempti non possunt coram ordinario conueniri; quando delinquant, vel contrahunt in loco exempto, & subdit hæc, Porque ellos han esta franquexa por razon del lugar, & ibi Gregor. Lopez vers. por razon, dicit hæc, concordat cum cap. volentes, quod est primum illius tituli de priuileg. in 6. Ecce quomodo illa lex, & Gregor. Lopez ibi explicat dictum cap. volentes loqui de exemptione ratione loci, & non expresse Panormitan. recantans palinodiam cap. tuarum, ac priuileg. n. 8. Anton. cap. fin. de foro compet. Syluest. verbo exemptio, quest. 3. Angel verbo exemptus, num. 1. & ibi Th. Sanchez (in consil. moral. Tom. 11.

Tabien. initio, Couarr. quest. pract. cap. 1. num. 5. vbi addit quòd quando exempti simpliciter obierarent Ecclesias parochiales, alijs officia, quorum administratio, & regimen Episcopo conuenit, & exemptus delinqueret, vel contraheret in his, quæ ad hæc officia pertinent, tunc potest ordinarius procedere per illud cap. volentes. Contrarium tenet Henriquez cap. 2. §. sine, sed Prælati debet punire, vt concessit Leo X. in Concil. Later. & habetur in Compendio Minorum, verbo Ecclesia Fratrum, §. 6. Sed cum iam cap. volentes sic innouatum per Trident. quòd dicit Couarr. est tenendum. Vide etiam dub. sequenti dicto 5. Item Nauar. cap. non dicitur, num. 95. & 96. qui est numerus 63, in hoc eodem cap. contento sub grandi tomo nouorum corporum, relato hoc cap. volentes, & innouatione illius facta per Trident. dicit quòd raro habet locum in Regularibus exemptis; & sic non possunt conueniri coram ordinario.

Tertio inferitur, quòd si Prælati regulares sit negligens in exemptionum correctione, non deuoluitur potestas corrigendi ad Episcopum, quia nullam habet in exemptis iurisdictionem, sed ad Prælatum, qui superior est illo Prælato regulari. Sic glossa cap. graui, de offic. ordinarij. vers. corrigere, & ibi Panormitan. num. 6. & ibi Immola, Decius cap. ad hoc num. 8. de priuileg. Henriquez lib. 7. de indulgent. cap. 25. num. 4. vbi bene in commento littera H. excipit casum Concilij Tridentini sess. 25. de Regulari. cap. 14. quando scilicet Regularis extra claustrum publicè cum populi scandalo delinquit, & Prælati monitus ab Episcopo non iuste punit delictum.

Quarto inferitur, quòd si ordinarius tentet procedere contra exemptos in iudicio, vel extra, vel contra res monasterij in quauis causa, ciuili, criminali, spiritali, &c. processus, sententia, & inde sequuta, sunt ipso iure irrita, & nullum parant præiudicium, nisi nullumque effectum operantur, nec sententia transit in rem iudicatam: nec debet mandari executioni, quòd, si mandata sit, cogatur iudex totum reponere, tamquam attentatum. Ratio, quia omnia ab eo gesta, censentur quasi à persona priuata gesta, cum nullam potestatem habeat iurisdictionem in ipsos. Sic probat ex multis Henriquez dicto cap. 25. verbo num. 5.

Quinto inferitur, quòd, si ordinarius procedat per censuras contra Regulares exemptos, quauis ignoret id exemptionis priuilegium, censura est ipso iure nulla, & neutro foro seruanda. Probatur primò, quòd sit nulla, etiam si ignoret, &c. Quia priuilegium exemptionis mendicantium à censuris ordinarij asserti clausulam irritantem, vt assert. Compendium Minorum verbo exemptio, num. 23. & simile priuilegium habet Societas Iesu, vt patet ex Bulla Pauli III. anno 1549. concessa, vbi sic dicitur. Nunc vobis Prælati contra aliquem de Societate, vel contra alios eorum causa aliquam excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiam ferre liceat, & si intulerint, eo ipso irrita, & nullius roboris sit. At auocatur eam cum decreto irritanti hanc vim obtinet, vt acta à iudice prohibito, etiam ignorante, sint ipso iure nulla, vt ex multis textibus, & Doctoribus late probat Couarr. quest. pract. cap. 9. num. 7. Quòd verò in neutro foro seruanda sit

probat; quia, quoties excom-
 munitio est nulla defectu iurisdictionis
 in neutro foro seruanda est, & nullum
 effectum; ad hic est nulla defectu iurisdictionis
 ditionis; ergo. Item, patet ex aliis priuilegiis quae
 affert Henriquez. Sic tenet Henriquez d. cap. 2 s.
 num. 7. & n. 5. littera R. vbi addit citans Astensem,
 quod, quando Episcopus ex ignorantia processit,
 non damnabit illum in expensis consecratorum. Et
 hinc infero eum non potest excommunicare Episcopus
 aliquos eo, quod con-
 suant ad molendina, vt furnos, &c. Societatis
 quia iam causa Societatis excommunicaret conti-
 dictum priuilegium Pauli III. & indirecte Ep-
 scopos fraudaret Religionis priuilegia.

19 Nota tamen, quod, si exemptus notorie delin-
 quat, etiam in loco exempto, ob quod delictum
 incurrit excommunicationem ipso facto, tunc
 ordinarius possit eum denunciare excommunica-
 tum ad hunc effectum, vt teneantur omnes eum
 vitare; quia haec denunciatio nil addit, cap. pasto-
 ralis de appell. cum poena sit a iure imposita, & sic,
 cum delictum sit notorium, non potest dici, quod
 cognoscatur de delicto contracto in loco exem-
 pro, cum in notoriis cognitio iudicialis non re-
 quiritur, cap. 1. de offic. deleg. in 6. Sic Francus cap.
 Episcoporum num. 3. de priuileg. in 6. Henricus 4. cap. 2 s.
 num. 7. vbi male, & falso allegat Couar. & Nauar-
 rum pro hac parte, cum nihil dicant de hoc; &
 quod, quando res est notoria, possit quis declarari
 excommunicatus antequam citetur, tenet Nauar.
 lib. 5. consil. tit. de excommunic. consil. 20. num. 4.

30 Sexto inferitur, quod ordinarius non potest per
 se, vel per alium, procedere ad capturam Religiosi
 exempti. Clement. omnia, s. 1. & nonnulli, de excessi-
 bus Praelati. & si capiat, incidit excommunicationem
 non; tum quia sunt manus violentae, cum ius non
 habeat ad capiendum: tum etiam, quia si excedat
 modum, etiam in captura clericus subditi, incurrit,
 vt bene glossa cap. si clericus, de sent. excom. in 6.
 vers. excedat, & hoc, nisi capiat in casibus iure
 permissis; vt primò, si in graui delicto deprehensus
 exemptus sit, & timeatur de fuga, potest eum
 capere ordinarius, vt remittat eum ad iudicem
 iudicem; sicut de clerico, quod in hoc casu possit capi
 a iudice seculari, fatentur omnes Doctores; rem-
 mittere autem tenetur intra viginti horas, per l.
 capite. ff. ad leg. Iuliam de adult. vt bene glossa cap.
 cum non ab homine, de iudic. vers. deprehensus, &
 ibi Panorm. num. 11. Perez l. 17. tit. 14. lib. 2. or-
 dinam. vers. quaram. Item, si Religiosus exem-
 ptus est fugiuius apostata, aut habitans extra mo-
 nasterium, delinquit, de quo casu dub. seq. dicam.
 Haec omnia Henricus d. cap. 2 s. num. 7. & commen-
 to littera Q.

31 An verò Nouitius Religionis exemptus gau-
 deat hac immunitate exemptionis; videtur enim,
 quod non: quia verè non est Religiosus, cap. Re-
 ligioso, de sent. excom. in 6. & sic, cum talis exem-
 ptio concedatur Religiosis, vt patet ex bulla Pauli
 III. anno 1549. in Societate, conceditur personis
 de Societate Iesu, & hi non sunt verè de Societate,
 non videntur Nouitiis concedi. Item, quia cum
 non possint à Praelato Religionis pro delictis puni-
 ri, cum non subint eius obedientiam, & iurisdic-
 tionis, si essent etiam exempti à iurisdictione ordi-
 narij, manerent delicta impunita.

32 An dicendum sit, talem Nouitium, dum mane-

re vult in Religione, esse exemptum, & subiacere
 Praelato Regulari, qui habet superioritatem, & iurisdic-
 tionem in ipsum, saltem reuocabiliter, & commutabiliter,
 & sic ad ipsum spectabit cog-
 nitio, & punitio talis delicti. Probat primò, quia
 magnum inconueniens esset, & perturbatio Reli-
 gionis, si ordinarius cognosceret de delicto per-
 petrato à Nouitio perseuerante in religione. Se-
 cundo, quia praxis habet, vt nunquam ordina-
 rius de his cognoscit. Tertio, quia in fauorabi-
 libus gaudet Nouitius omnibus Religionis priuile-
 giis, & censetur Religiosus, vt probat Cordub.
 lib. 1. questio. quost. 30. Sic Nauar. in summa, quae
 habetur in operibus in duo corpora distribuitis,
 cap. 12. n. 6 s. vbi haec dicit, Nouitius subiacet superi-
 orij Religionis, quoad iurisdictionem, & superioritate,
 saltem reuocabiliter, & ita cognitio, & animadu-
 ersio delicti ad superiorem ecclesiasticum pertinet,
 quia est persona ecclesiastica, vt patet ex cap. Re-
 ligioso, de sent. excom. in 6. & refert se Phi-
 lippum Francum cap. beneficium, de regul. in 6. n. 4.
 & ibi Ioan. Andr. & Dominicum, dicentes, pertinet
 ad superiorem ecclesiasticum, & clarius idem te-
 net Dominicus cap. non solum, de regul. & ibi Fran-
 cis Tabien. verbo Nouitius, q. 13. Rosella ibi,
 n. 12. Religio 5. q. 7. vbi dicit, quod licet Noui-
 tius delinquens quando merebatur perpetuo car-
 cerem, si esset profellus, non possit carere perpetuo
 damnari, non enim impediunt ei eius voluntas
 quia ad saeculum redire possit, potest tamen ad
 tempus, si ipse velit manere in Religione, dampnari
 ad carcerem à suo Abbate. & quod non possit per-
 petuo carere damnari, tenent etiam Armil. verbo
 Nouitius, n. 18. Henriquez lib. 3. de punit. cap. 1. n. 1.
 3 licet Lopus eo cap. non solum, teneat, potest etiam
 dampnari perpetuo carceri. Et adhuc clarius hanc
 sententiam tenet Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 2 s.
 n. 7. vbi haec dicit, non potest ordinarius procedere ad
 capturam Religiosi, etiam Nouiti, nisi, ob delictum in
 saeculo factum, presumat, in fraudem intrare in Reli-
 gionem, alias incidit in excommunicationem. & in
 commento littera P. dicit, quod non valet citatio, vel
 processus contra Nouitium, & eod. lib. 7. cap. 27. in
 commento littera L. haec dicit, si Nouitius delinquit in
 monasterio, castigatur à Praelato Religionis; quia tunc
 est Praelatus illius in cuius territorio exempto delinquit,
 & refert pro se Nauarii, Franci, & Dominici loca
 proximè citata.

Hinc non bene dicit Henriquez lib. 3. de poenit.
 cap. 1. n. 3. in commento littera T. vbi dicit, quod Noui-
 tius non potest excommunicari à Praelato Reli-
 gionis, sed à proprio Episcopo. Fateor, quod non
 potest à Praelato Religionis; quia excommunica-
 tio non est punitio delicti praeteriti, nec potest pro
 delicto praeterito imponi, sed pro futuro: & sic,
 sicut Praelatus non potest Nouitio praecipere in
 virtute obedientiae, sic nec sub excommunicatione,
 at non potest, etiam quandiu in Religione
 exempta manet, excommunicari à proprio Episco-
 po, siquidem, vt probaui, est exemptus ab ipsius
 iurisdictione.

Septimò inferitur, quod in dubio, a iurisdictione
 contra Regulares exemptos pertineat ad Episco-
 pum, non potest Episcopus causa cognoscere,
 quia interpretatio priuilegij in Societate, quan-
 do dubia sunt, refertur Pauli III. in bulla anni 1549
 congregatiōi Benedictinorum & Praedicatoribus,

ac Minoribus, vt affert Pater Generalis Claudius
 in compendio priuilegiorum Societatis, verbo pri-
 uilegium, s. 1. & 4. Sic Henriquez lib. 7. de indulg.
 cap. 2 s. n. 6.

35 Octauò inferitur, quod exempti renunciare non
 possunt beneficium, quod habent in manibus
 Episcopi, sed solum in manibus Papae; quia hic
 solus est illorum superior. Sic Mandosius in signa-
 tura gratiae, in resignationibus, vers. exempti, & tit. exem-
 ptiones ab Episcopis, verb. exempti, & patet ex cap.
 fin. de renouat. & cap. cum venerabilis, de con-
 suetud.

36 Nonò inferitur quòd, licet, quando Episcopus
 eximit aliquem à sua iurisdictione, teneatur ad ius
 reuerentiale Episcopos exempti per Sedem Apo-
 stolicam à iurisdictione Episcopi, non tenentur ad
 ius reuerentiale ipsi, & idè introitu Episcopi non
 tenentur illi ire obuiam, & honorem, quem alij
 faciunt, facere, vt optimè colligit Paulus de Cas-
 tro l. fin. num. 2. C. de bonis liberi. ex illa l. & tenent
 alij, quos refert, & sequitur Mandosius in signa-
 tura gratiae, verbo exemptionis ab Episcopis, s. non autem
 exemptio.

37 Decimò inferitur, quòd non potest Episcopus,
 vel alius Praelatus in Ecclesiam exemptam, inuito
 Praelato, & Regularibus, conuocare processiones,
 celebrare ordines, aut publicas Missas, & alia offi-
 cia, nec ibi exercere iudicia, nec potest compellere
 Regulares ad missas, & vt in monasterio retineant
 reum, etiam Ecclesiasticum, vice carceris. Sic Hen-
 riquez lib. 7. de indulg. cap. 26. sine, vbi affert pri-
 uilegia hoc concedentia.

38 An verò Legatus Apostolicus, seu Nuncius
 possit visitare exemptos, & ab eis procuracionem
 exigere, consule Henriquez lib. 7. de indulg. cap.
 2 s. n. 10. & an Episcopus possit visitare parochiam
 monasterio annexam, consule ipsum ibi n. 11. vbi
 tractat cuius expensis sit. Aduerte, quòd Commis-
 sarius Curiae potest ob quaedam delicta Regu-
 larum exemptorum extrahere de monasterio, ac
 punire. Sic Henriquez cap. 2 s. sine, dicens, sic
 declarasse Cardinales, & patet ex praxi.

39 Decimoprimò inferitur, quòd non potest Episcopus
 visitare Regulares exemptos, sed secus Prae-
 latus Regularis debet eos visitare. Sic Henriquez
 d. cap. 2 s. num. 9. late probans.

40 Decimosecundò inferitur, quòd licet alijs pri-
 uilegium, quando est in praedictum tertij, sit
 strictè interpretandum: at quia haec priuilegia exem-
 ptionis sunt in fauorem totius Religionis, sunt am-
 ple interpretanda, vt ex multis probat Hen-
 riquez lib. 7. de indulg. cap. 24. num. 4. & cap. 30. s. 1.
 vera d.

41 Quomodo verò exempti se defendere debeant,
 quando ordinarius procedit contra illos, consule
 Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 23. num. 6.

D V B I V M II.

In quibus subiecti sint post Tridentinum Con-
 cilium, ordinarij exempti.

1 Primò dico, subiectos esse quo ad hoc, vt pre-
 dicare non possint sine Episcopi licentia, scilicet
 5. cap. 2. & scilicet 24. de reformat. & quoad
 hoc vt nequeant audi in sessiones sine Episco-
 pi licentia, d. Concil. Trident. sess. 23. cap. 15. de re-
 format.

Th. Sanchez consil. moral. Tom. II.

Secundò dico, quòd exempti sunt Episcopo
 subiecti, quo ad hoc, vt si extra claustrum degunt,
 & inuicem, possunt ab Episcopo puniri,
 vt expresse habetur in Trident. sess. 6. cap. 3. de re-
 format. & colligitur etiam a contrario sensu ex
 sess. 25. cap. 14. de Regular. vt bene docet Nauar. com-
 mento 2. de Regular. scilicet cap. non dicitur 12. & sess.
 1. num. 96. qui est numerus 63. in eodem cap. con-
 tento sub grandibus tomis, & Henriquez lib. 7.
 de indulgent. cap. 25. num. 7. in commento littera Q.
 Item possunt conueniri coram Episcopo in causis
 mercedum, & miserabilium personarum: & hoc,
 quando habent in loco iudicem consecratorum
 deputatum: si verò illum non habent, possunt su-
 per omnibus causis ciuilibus coram Episcopo con-
 ueniri, vt expresse habetur in Trident. sess. 7. c. 14. de
 reformat. & sic intelligit hoc decretum, quòd obli-
 gatum satis sit, Nauar. summa Hisp. c. 28. addit. ad n.
 13. & 25. Item, si exemptus intra monasterium de-
 gens deliquerit extra monasterium, ita notorie, vt
 populo scandalo sit, tenetur suus Abbas, Episco-
 po instante, intra tempus ab Episcopo praehigend-
 um seuerè punire, ac de punitioe admonere
 Episcopum: si minus, potest talis exemptus delin-
 quens ab Episcopo puniri, vt habetur in Trident.
 sess. 25. cap. 14. de Regular.

Hinc inferitur generalis differentia inter Regu-
 lares degentes extra monasterium, & degentes in-
 tra: nam hi super nullis causis possunt conueniri
 coram ordinario in causis mercedum, & miserabi-
 lium personarum, & possunt ab eo propter iura de-
 licta puniri, vt patet ex dictis, & docet Nauar. d.
 cap. non dicitur, in antiquo, n. 69. & in contento in
 duobus corporibus n. 63.

Sed circa haec decreta nota primò, quòd dicitur
 Monachus habitare intra monasterium, quando ex
 licentia sui Praelati degit extra monasterium. Sic
 Abbas antiquus cap. cum illorum, de sentent. excom-
 munit. Panorm. cap. ex scripto, de iur. iur. n. 5. Angel.
 verbo N. prius, num. 12. Syluest. Religio 3. q. 19. di-
 cto 2. Nauar. commento 4. de Regular. scilicet cap. si
 tuimus 1. q. 3. n. 74. vers. ad interpretandum tertio. Hen-
 riquez lib. 7. de indulg. cap. 24. num. 2. in commento littera
 O. & cap. 25. n. 1. vbi hinc inferit, quòd delinquentes
 exemptus, qui est in curato de licentia superioris,
 non potest ab Episcopo puniri; quia cum sit ibi de
 licentia superioris, reputatur esse intra monasterium.

Nota secundò, quòd intelligat in d. cap. 14. sess.
 7. Tridentinum per causas mercedum, intelligitur
 enim, id est, soluendi operarij stipendium, scilicet,
 losi salarios. Sic Henriquez lib. 7. de indulg. c. 25. n. 5.
 in commento littera O. Nauar. summa Hisp. cap. 28.
 addit. ad n. 13. cap. 25.

Nota tertio, quòd in illo decreto cap. 14. intelli-
 gantur causae miserabilium personarum: dicitur
 ergo miserabiles personae, quia natura mouetur ad
 miserandum earum, vt bene Sylu. Tab. Armil. verb.
 miserabiles personae, & Palac. Rub. cap. per vestras de
 dotacione inter virum, & uxorem, notid. 2. n. 6. Dicu-
 tur ergo miserabiles personae pauperes, vt bene Palacios
 ibi n. 6. Sylu. Tabien. Armil. Angel. ibi. Couar.
 q. pract. cap. 6. num. 1. Item de nouo conuerse ad fi-
 dem, Palac. ibi n. 1. Itè viduz, orphanu, pupilli diu-
 turno morbo laborantes, senes decrepiti, debiles,
 Palac. ibi n. 1. & 12. Et de viduis, pupillis, & diu-
 turno morbo laborantibus, tenent idem summissè
 citari, & dicit Palacios ibi num. 12. & Couar. num.
 2. intelligi hoc, licet haec personae sint diuites, &
 nomine

Y 3

nomine viduae in hac parte intelligitur, etiam quae habet virum inuictum, vt si vir sit...

Couar. quest. pract. cap. 7. non. 2. Addit Patricios cum multis aliis, quos refert Couar. cap. 7. non. 2. intelligi etiam nomine viduae...

7 Tertio dico, quod exempti subiciuntur ordinario, quoad hoc, quod non possunt celebrare in oratorio, nisi ab Episcopo designato...

8 Quarto dico, quod exempti subiciuntur Episcopo, quoad hoc, quod potest eos examinare ad ordines recipiendos. Trident. sess. 23. cap. 12. de reform. Item, quoad hoc, quod si aliquos matrimonio coniunxerint, vel iam coniunctos benedixerint...

9 Quinto dico, quod exempti subiciuntur etiam ordinario, quoad hoc, quod sine mandato sui superioris in scriptis obtento reperti extra monasteria puniri possunt ab ordinario...

An vero exempti in casibus, in quibus subiciuntur iurisdictioni ordinarij, iuxta dicta in hoc dubio, possint, si parere nolint, ab ipso excommunicari, dixi lib. 6. summa, cap. 1. n. 14. & latius lib. 7. de matrim. disp. 33. n. 22. & 23.

10 Sexto dico, quod Regulares subiciuntur ordi-

nario, quoad hoc, quod tenentur seruare interdicta, & censuras ab ordinario positas, ac ipso mandante, in suis Ecclesiis publicare. Item tenentur seruare festa ab ordinario posita Trident. sess. 25. de regular. cap. 12.

Septimo dico, quod subiciuntur, quoad hoc, quod Episcopus potest, omni appellatione positâ, componere controversias omnes de precedentia, quae oriuntur inter Regulares, & seculares cum in processionebus publicis, tum etiam in iis, quae fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & in deferenda umbella, & aliis similibus. Item potest compellere omnes exemptos, vt ad publicas processiones confluant, his tamen exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo viuunt; sic habetur in Trident. d. sess. 25. de regular. cap. 13.

Nota, quod Societas Iesu concessit Gregorius XIII. bullam anno 1576. quae perpetuo exemti illam ab his supplicationibus, & licet in derogatione non fecerit expressam mentionem Tridentini, cum tamen Concilio generali non deroget, nisi, factâ eius mentione, & satis colligatur ex proemio illius bullae voluisse derogare, quod inibi: Quidam forsitan moti auctoritate Tridentini, &c. mox ex certa scientia concedit priuilegium. Quod latius ex multis probat Henriquez lib. 7. de iudic. cap. 26. non. 3. vbi non. 4. addit quod per hoc quod Religiosi Societatis Iesu aliquando ad processiones factas, & publicas, & grauissimam causam accedant sponte, & non compulsi ab Episcopo, non censentur renuñciare huic priuilegio, licet expediret, vt coram Notario in forma collegij protestentur, se accedere, falso priuilegij iure, & addit ad renuñciandum priuilegio toti Religioni concessio, requiri vt ea Religio permittat illos actus per 40. annos, & refert ad omnia haec multos auctores.

Octauo dico, quod subiciuntur exempti, quoad hoc, ordinario, quod Nouitij eorum non possunt bona renuñciare, nisi cum licentia Episcopi, vel eius Vicarij, & hoc per dies menses ante professionem; & si Nouitij ante professionem velin abire, potest Episcopus compellere vt omnia, quae sua erant, eis restituantur, Trident. sess. 25. de regular. cap. 16. Item, si puella maior 12. annis velit ingredi Religionem, non potest ingredi, nec postea profiteri, nisi Episcopus, vel eius Vicarius, eo abente, vel impedito, exploret eius voluntatem, an coacta, vel seducta sit, & sciat quid agat, Trident. ibi cap. 17. Item, si exemptus alleget, vi emisse professionem, vel ante ratam debitam, debet causas allegare coram suo superiore & ordinario. Trident. ibi cap. 18.

An vero exempti in casibus, in quibus subiciuntur iurisdictioni ordinarij, iuxta dicta in hoc dubio, possint, si parere nolint, ab ipso excommunicari, dixi lib. 6. summa, cap. 1. n. 14. & latius lib. 7. de matrim. disp. 33. n. 22. & 23.

DVBIVM III.

An contra exemptos possit procedere iudex Papae delegatus ad corrigendam clericos, non factâ de exemptis mentionem

Prima dicit, posse, quia talis non procedit vt ordinarius, à cuius iurisdictione est exemptio,

ptio, sed vice, & nomine Papae vt eius delegatus: at à iurisdictione Papae non sunt exempti. Sic Panormit. cap. grane, de offic. ordin. non. 5. & id colligit ex glossa ibi, vers. literarum, dicit enim, quod iudex, de quo in illo cap. non potuit procedere contra exemptos, quia procedebat vt ordinarius, non vt delegatus, vbi clarè significat, secus esse, si vt delegatus procederet.

Secunda sententia tenenda dicit, non posse. Ratio; quia mandatum super correctione criminum videtur interpretandum strictè, sicut aliae commissiones factae delegatis, cap. P. & G. de offic. deleg. sed in materia stricta appellatione simplicis, non venit simplex qualificatum. cap. statutum, de electione in 6. ergo, factâ mentione clericorum, non veniunt intelligendi clerici exempti; quia qualitas exemptionis alterat naturam simplicis clericatus. Sic Felin. latissime probans, & dicens, esse omnium dicto cap. grane, n. 3. & est communis sententia, vt dicit Nauarr. lib. 3. consil. vir. de Regular. consil. 21. non. 4. estque hoc citra dubium in Religiosis Societatis Iesu; habent enim expressam exemptionem etiam à iudicibus delegatis, vt patet in Bulla Gregorij XIII. anni 1584. quae incipit, Ascendens, &c.

DVBIVM IV.

An exempti coram ipso priuilegium exemptionis exhibere.

Respondeo quod, si exemptio non est notoria, tenentur exhibere; si autem est notoria, non tenentur. Probat prima pars ex cap. cum persona, de priuileg. in 6. vbi dicitur, tenent exemptos exhibere ordinariis intra terminum ab illis praescriptum priuilegia exemptionis, vbi glossa vers. iradere, dicit rationem esse, quia iure communi intentio Episcopi est fundata, & sic qui contra hoc ius commune se eximit, debet se probare exemptum exhibendo priuilegium: & vers. ordinariis, dicit glossa, quod in hoc casu ipse ordinarius est iudex in hac causa, vt expresse dicitur in illo cap. quia bene cognoscit iudex, an sua sit iurisdictione quando alter negat, vt patet ex cap. ex literis, de rescript. & l. si quis ex aliena, ff. de iudic. vbi expresse dicitur, quod exemptus vocatus à iudice, tenetur venire priuilegiū allegaturus, & iudicis erit exitimare an sua sit iurisdictione. Quod autem quado exemptio est notoria, non tenentur comparere ad exhibendum priuilegium, facit Clemens. pastoralis, de sentent. & re iudic. 6. notorium, quippe. Sic tenent Nauarr. cap. dim coningat, de rescript. causa 6. non. 6. Henriquez lib. 7. de iudic. cap. 25. non. 6. Innocent. cap. 2. de dist. non. 3. & ibi Host. glossa cap. si Episcopus, 3. quest. 2. vers. conuocari, & cap. veniens, de accusat. sine, & d. si quis ex aliena, Syluest. verbo exemptio, quest. 7. & 8. Panormitan. cap. cum ordinem, de rescript. non. 6. & ibi Immola non. 9. Rosella, & Taberna verbo exemptus, initio. Angel. ibi non. 3. Ricard. 4. dist. 18. an. 5. quest. 5. Francus cap. scient. de regul. iur. in 6. non. 4. Amil. verbo exemptio, in 1. & multos alios refert Henriquez supra non. 4.

Imò idem dicit, quod est quando iudici est notum priuilegium, tunc enim non tenentur priuilegiati illud exhibere. Patet ex cap. si duobus, de ap-

pellar. vbi dicitur quod si quis appellaret ad Papam, & citaret à iudice suo non comparuit, nec responsalis, nisi teneat excommunicatio contra eum pro contumacia lata, nisi iudex. Scietur enim appellasse. Vbi glossa vers. nisi, dicit quod si notum illi erat, quod non erat de sua iurisdictione, non tenet sententia, nec alius tenebatur comparere, quia qui scit, certiorari non debet. Item Syluest. supra quest. 8. Rosella, Amil. Tabien. Angel. Ricardus supra, & idem dicit Syluest. Tabien. Amil. Angel. & Ricard. ibi, quando exempti sunt in longo tempore possessionis suae exemptionis. In casibus autem, in quibus tenentur id ostendere, vide ad id optimum medium quod infra ponitur dub. sequenti.

Hinc inferitur, Mendicantes non teneri exhibere priuilegium suae exemptionis, nec citatos ab ordinario teneri comparere; quia sua exemptio est notoria, & sunt in longo tempore possessionis. Sic Syluest. quest. 7. Panormitan. Immola, Rosella, Tabien. Angel. supra, Amil. ibi supra n. 1. Henriquez supra non. 7. litera F. Item, quia mendicantes habent priuilegium, vt non teneantur exemptionem suam, vt pote notoriam, allegare. Quod refert Tabien. supra, Amil. non. 1. Compendium Minorum verbo exemptio, n. 23. Corduba in additionibus ad Compendium Minorum, verbo priuilegia, n. 10.

Secundo inferitur Religiosos Societatis Iesu non teneri exhibere priuilegium exemptionis coram ordinario; quia sunt iam Mendicantes, & sic fruuntur eodem priuilegio. Item, quia sunt in longo possessionis tempore huius possessionis. Item, quia iam iudicibus constat omnes Religiosos habere priuilegium exemptionis, demptis aliquibus monasterijs Monialium, quae subiciuntur ordinario, & vident eos tamquam exemptos ab ordinariis tractari, nec ab ordinario visitari, nec alios iurisdictionis actus circa illos exerceri.

An vero, quando exemptio non est nota, si exempti nolint comparere ad exhibendum priuilegium, ligentur excommunicatione ordinarij contra ipsos lata, habes lib. 7. de matrim. disp. 33. non. 22. & 23. An vero exempti possint renuñciare suo exemptionis priuilegio, & subicere se ordinario, late dixi lib. 4. summa cap. 39. a non. 24. usque ad 40.

DVBIVM V.

Qua forma respondendi utitur Religio exempta, vel Religiosus exemptus, quando ante ordinarium conuenitur, & quo pacto suae exemptionem defendat.

Quia in illud in primis maxime cauere debet Religio, ne priuilegia suae exemptionis coram ordinario presentet, id enim esset illud constituitur iudicem suae exemptionis, & in dubium vertere an iurisdictione ad ordinarium perueniat, quia hoc est quod ipse intendit: cum enim iure communi habeat fundatam intentionem suam, iuxta quod est iudex ordinarius omnium Ecclesiasticorum, qui contra hoc ius commune intendit se eximere, debet probare se exemptum, exhibendo iudicialiter priuilegium coram ipso, & eius erit iudicare tunc an sua sit iurisdictione, vt supra dixi dub. 4. Et licet (vt ibi dixi) hoc patiat exceptionem,

nem, nisi exemptio Religionis, qua agitur, sit notoria, adhuc poterat esse contra an sit notoria, nec ne, & ita melius erit id ex

Igitur cum Religiosi coram ordinarium, possunt dupliciter respondere: primo se illum audire, & hoc modo melius impeditur occasio, quam ordinarius habere poterat exigendi, ut coram ipso privilegia exemptionis iudicialiter exhibeantur: quae occasio abique dubio daretur, si statim conatur illius iurisdictionem declinare. Secundò respondere possunt, se ab ordinarij iurisdictione exemptos esse, ac proinde ab illa declinare.

Sed licet primo, vel secundo modo Religiosi respondeant, semper adhibere debent suum iudicem conservatorem, vt ordinarium inhibeat: & ordinarius nequit intendere, vt coram ipso privilegia exemptionis exhibeantur; quia iudex conservator in literis inhibitorijs, exhibet illa; quod perinde est ac si à Religiosis exhiberentur, iudex enim gerit vicem partium. *si ob causam. C. de electione. & expedit potius, quod conservator exhibeat, quam Religiosi; ipse enim tanquam iudex inhibeat, & simul ostendit qua ratione illum inhibeat, nec relinquit ordinario cognitionem privilegiorum exemptionis, sed ipse tanquam iudex superior auferit illi eiusmodi cognitionem, & causam ad se aduocat. At si Religio ea exhiberet ordinario, cum non possit illum inhibere, relinqueretur eius arbitrio, cognoscere, & pronunciare, an ipse sit iudex, nec ne.*

Maximè tamen aduertendum est primò, quòd in literis inhibitorijs à conservatore expeditis debet esse inserta bulla, qua Religioni conceditur, vt possit conservatorem eligere, & quòd habeat totam facultatem, quam in literis inhibitorijs dicit se habere, vt inde consuet, qua ratione sit iudex, & possit inhiere ordinario; & hæc bulla debet esse tota inserta, & simul cum illa debet inseri bulla exemptionis ipsius Religionis, vt sic consistere possit, qua ratione sit exempta; quia licet verum sit, quòd eo ipso quòd causæ alicuius Religionis delegentur iudicibus conservatoribus ab ipsa Religione electis tacite euocatur, & ablata sint ab ordinarij iurisdictione (est enim receptissima conclusio, quòd eo ipso quòd Papa delegat causam alicui alicui, eam ab ordinario auocat, vt tradit, & multis confirmat Ripa cap. cion M. de consuet. num. 198. & Couar. quest. pract. cap. 9. num. 4. ad finem, & ita videtur, quòd sola bulla conservatoria exhibita sufficienter ostenditur exemptio Religionis, adhuc tamen non ita clare, & expressè ostenditur, sicut in ipsis bullis exemptionis, sed solum per illationes, & testimonij Doctorum. Itaque si bulla exemptionis non inseratur, fortasse non modicum erit inconueniens, quia non ita aperte constat de exemptione Religionis. Quòd si recurrat Religio ad Regium senatum vim repellendi causa, vel ad alium iudicem ipsi ordinario superiorum, formando de illo querelam, quòd nolit se inhiere; sed adhuc inhibitus procedit, non poterit Religio coram tali iudice, vel Regio senatu allegare noua privilegia, sed solum ea, quæ presentata sunt in processu, sic enim disponitur Clement. appellanti, de appellat. & ratione patet, quia iudex ille superior in hoc articulo non est iudex, nisi ad hoc tantum, vt examinet, an iudex inferior vim aliquam intulerit; iudex autem inferior de quo for-

matur querela, non intulit vim parti conquerenti, si ex actis processus non constat vim paritatis; que ita iudex superior, licet coram illo noua privilegia presententur, non poterit recte iudicare iudicem inferiorem intulisse vim, siquidem non intulit iuxta acta processus ante ipsum presentata. Poterit tamen allegare Religio id quod de iure communi illi fauet; quia leges omnes tenentur scire iudices. *l. sacratissimas. C. de legibus, & hinc orum habet regula illa iuris, Ignorantia facti, non uris, excusat, cap. ignorantia de regul. iur. in 6.*

Secundò obseruandum est, quòd quando respondet Religio se audire, quòd intimitur ab ordinario, coram quo conuenitur, iuxta supradicta, quamuis melius sit statim ad conservatorem recurrere; potest tamen etiam recurrere post accusatam contumaciam; quia licet verum sit, quòd primum, quod opponendum est, debeat esse exceptio declinatoria fori ante omnes alias exceptiones. *l. fin. C. de exceptione. & ratio est, quia si alia prius opponeretur, censetur opponens interpellare iudicem, vt super alia pronunciet; & sic induceretur cõsensus in iudicem, seu prorogatio, & non posset ulterius de iure tenent Bart. Immo, Alexand. & communiter. *l. in consil. de iur. de iudic. Maranta de ordin. in p. memb. 9. de exceptione. num. 1. & pro hoc est textus. l. si quis. ff. de re iudic. & cap. inter monasterium, de sent. & re iud. Sed opponi etiam bene potest post accusatam contumaciam, quia per contumaciam non prorogatur iurisdictione: contumax enim non consentit. *l. 1. ff. de fer. & tenent additio ad Marantam loco proxime citato. Bart. l. quidam consil. de iur. de re iudic. & l. si conuenerit, ff. de iur. iud. omnium iudic. Alexand. l. 1. ff. si quis in ius vocatus non serit, num. 12. Quod maximè verum habet in Religiosis Societatis Iesu, cum consentire nequeant in non suum iudicem, & renunciate suæ exemptioni, secundum multos Doctores.***

Itaque dicta in summam redigendo, quando Religio conuenitur coram ordinario, respondere debet vno ex duplici modo. Primò, & facilius est respondere se audire, quòd sibi intimitur. Secundus, quòd declinat iurisdictionem, & statim recurrit ad iudicem conservatorem, vt ordinarium inhibeat, & in literis inhibitorijs inseratur tota bulla conservatoria, & clausula bullæ exemptionis cum processio & sine ipsius bullæ.

Quòd si adhuc ordinarius nolit se inhiere, debet à iudice conservatore ad id per censuras compelli (vt constat posse id facere ex bulla conservatoria) donec ordinarius vel obediat se inhiendo, vel recurrat ad cancellariam, vel Regium senatum causa vim auferendi, quam sibi putat inferri. Tunc autem in hunc modum informandi erunt auditores Regij, qui futuri sunt iudices, vt iustitiam Religionis tueantur.

In articulo, qui in hoc Regio senatu pendet inter N. ex vna parte, & conuentum sancti Pauli, v. g. Grauatensis ex altera, in quo N. contendit quòd N. iudex conservator nominatus per dictum conuentum vim inferat censuris, inhiendo ordinarij talis diocesis, ante quem dicitur conuenit dictum conuentum intendendo vim non inferat inhiendo ordinarij, vt gangdis.

Primò,

*male dicitur
fuit a via
nominatione
iudicis ar.
dum for
mum lina
v. g. Grauatensis*

Primò, quia dictus conuentus fundatam habet suam defensionem exemptionis in bullis presentatis in processu, in quibus apertis verbis eximunt Religio nem talem, & omnes illius personas à iurisdictione, quorumcumque ordinariorum, vt patet ex illis verbis bullæ, *eximimus, &c.* vbi inferendæ sunt omnes clausulæ exemptionis. Ex quorum privilegiorum ostensione satis est fundata intentio prædicti conuentus; quia cum sint privilegia solemnissima, de his non venit dubitandum, sicut de casu legis, & non indigent fori disceptatione, vt notant Bald. *l. 2. ff. de stat. homin.* Tiraquel. & alij, quos refert Roland. *consil. 57. a num. 1. volum. 3.* & ita Nauar. *cap. non dicitur 12. quest. 1. num. 95. & 96.* & in tomis maioribus habetur *mem. 63.* vbi asserit se in Regno Neapolitano respondisse Vicarium cuiusdam Episcopi non potuisse cognoscere de quodam centu, qui à Fratibus Minimis pecebatur, quia habent privilegium exemptionis. Et in quadam causa, in qua monasterium S. Augustini Cordubensis conuenit conuentum S. N. eiusdem ciuitatis coram ordinario Cordubensi, pronunciatum fuit à Pretorio Granatensi, conservatorem electum à conuentu S. N. non habuisse vim ordinario Cordubensi illum inuocando. Quod quidem manifestis constabit solutis objectionibus, quæ contra dictum opponi possunt.

Prima est ex cap. 1. de privileg. in 6. quod innovatur est in Tridentinum *sess. 7. cap. 14.* in quo disponitur, quòd ratione delicti contracti extra locum exemptum, vel contractus ini extra eundem locum, vel si res supra qua contenditur, sit extra locum exemptum, possint Regulares coram ordinario conueniri. Sed respondetur primò prædictum textum solum loqui de exemptis, qui solum habent exemptionem localem; cum enim ipsis tantum competat exemptio ratione loci, vbi contrahunt, vel delinquant, vel res est sita extra locum exemptum, privilegium ad hunc casum non extenditur, vt late probauit supra dub. 1. At Religio, de qua loquimur, non tantum habet privilegium locale, sed etiam exemptionem personalem, vt patet ex verbis citatis in bulla. Secundò respondetur, quòd non tantum personæ, sed bona etiam prædictæ Religionis vbiicumque locorum sint, sunt exempta, sicut & ipsæ personæ, vt patet ex bullis citatis.

Secunda obiectio ex Trident. *cap. 5. sess. 14. de reformat.* vbi exponitur, quòd non obstantibus quibuscumque bullis conservatorijs, possint ordinarij cognoscere, & quòd literæ conservatorie non durent ultra quinquennium: at bulla conservatoria, quam prædictæ Religio habet, excedit quinquennium à sua concessione. Item, quòd si oriatur discordia inter conservatorem & ordinarium circa iurisdictionem, nominentur iudices arbitri, qui declarent ad quem spectet iurisdictione. Respondetur ad totam obiectio nem, verbis eiusdem Concilij in fine capituli, vbi decernitur, quòd dispositum in illo eodem capite non procedat in literis conservatorijs concessis locis Regularibus, & eorum personis, quo decreto firmius fundata manet intentio prædictæ Religionis; quia ex cap. per argumentum à contrario sensu, probatur, quòd virtute bullarum prædictarum eligionis non potest conueniri, nisi coram, conservatore aucto electo; & ita vltima verba citata sunt hæc, *persona Regularis omnino exempta sit, & esse intelligantur.*

Tertio, non obstat *cap. 20. Trident. sess. 24. de reformat.* in quo dicitur, quòd causæ omnes quomodolibet à forum Ecclesiasticum pertinentes presentantia coram ordinarijs locorum dumtaxat cognoscantur. Hoc enim, vt patet ex discursu totius capituli, solummodo fuit statutum ad hoc, vt Nuntij, & Legati Papæ non auocarent causas Ecclesiasticas ante diffinitum sententiam à iudicibus ordinarijs: non autem est iurisdictione, quæ in prædicto *cap. 5. de reformat. sess. 14.* eiusdem Concilij concessa fuit conservatoribus Regularibus, & confirmata ea, quam per bullas Apostolicas habebant, correctæ, aut limitata; esset enim dare contrarias constitutiones in eodem Concilio, quod non est dicendum. Item, quia idem Concilium *sess. 7. cap. 14. de reformat.* tantum subiecit Regularibus ordinario in causis ciuilibus mercedum, & miserabilium personarum, & hoc quando degunt extra monasterium; & in *sess. 25. de Regular. cap. 14.* in causa criminali solum subiecit eos, quando publice delinquant, & Prælati monachi negligit punire: & ita si in presenti decreto eos subiecerit ordinario; in omnibus causis esse manifesta contradictio. Item, quia si intentio Concilij esset exemptionem Regularium limitare, vtique id expressisset, vt fecit *cap. 14. sess. 25. de Regular. & cap. 14. sess. 7. de reformat. & sess. 23. cap. 12. 13. & 15.*

Quartò non obstat dicere, quòd si ordinarij non cognoscit de causis Religiosorum, non erit iudex coram quo possint Religiosi conueniri, quia ad hoc iam respondi supra dub. 1. num. 23. & in super poterunt conueniri coram suo iudice conservatore.

D V B I V M VI.

An quando Religio est actor aduersus laicos, possit ipsos conuenire coram iudice conservatore per ipsam electo.

Videtur enim posse; quia in bullis conservatorijs absolute dicitur, quòd Regulares possint eligere conservatores, in quibuscumque causis, in quibus actores, vel rei forent.

Sed respondetur, nullo modo posse; & probatur: necessariò privilegium hoc debet intelligi, quando Religio est actor aduersus personas Ecclesiasticas; quia Papa non intendit, nec potest tollere ordinem iudicarium in terris non suis, nisi quoad suum forum, scilicet Ecclesiasticum, vt optime glossa Clement. *dispensatio de iudic. v. si quis, Couar. q. pract. cap. 6. n. 1.* & multi alij, quos refert, & sequitur Palacios *cap. per vestras, notab. 2. & sed est palchra dubitatio, n. 16.* & ratio, inquit, est, quia Papa non habet exercitium iurisdictionis temporalis, nisi in terris, quarum est dominus temporalis, & notab. 2. num. 14. dicit, quòd, licet Papa vellet facere, vt causa laici spectaret ad iudicem Ecclesiasticum, non posset facere in preiudicium secularis potestatis, & sic habetur *l. r. r. 8. lib. 1. recipi. quod non admittantur hi conservatores, nisi in manifestis violentis, quæ intelligitur contra laicos, vt ex ea constat, & docet optime Salzedo *pract. canon. cap. 3.**

Aduerte tamen, quòd, si Religio spoliaretur aliquibus bonis, quæ possidet, postet eligere conservatorem, qui procederet contra laicum spoliantem; quia Ecclesia, & clerici conuenire possunt

sunt coram iudice Ecclesiasticum eam spoliante ipsos, cap. cum sit, & cap. de foro compet. & communis ibi d. cap. cum. num. 1. & ibi Felin. num. 1. vers. & dum d. & Socinus, quos refert, & sequitur Anton. Gabriel tom. 3. communium, tom. 5. tit. de restit. spoliat. concl. 18. num. 103. fol. 293. & Menochius allegans multos, de reuicn. posses. remedio 3. a num. 24. late Gurtierrez pract. canon. cap. 34. a num. 6. & ita pronuntiatum est in pætorio Granateni, non intulisse vim quemdam conseruatorum procedentem contra laicos spoliantes quemdam conuentum Religiosorum possessione cuiusdam hereditatis. Ita tenet Salzedo supra, & dicit hanc vim esse, quando monasterium priuatur possessione, vel priuilegia eius uolantur.

Secundo nota, quod potestas horum conseruatorum, qui sunt iudices delegati à Papa, cap. 2. & cap. finali, de offic. iud. deleg. in 6. est tanta, ut impediti non possint ab ordinariis, nec à Legatis de latere in eorum iurisdictione, seu exercitio, sed erunt maiores in causis sibi commissis quolibet ordinario, & Legati à latere, ut colligitur ex cap. 1. de offic. deleg. in 6. & tenent Anchar. & Ruinus, quos refert, & sequitur Mandosius in signatura gratia, verb. conseruatoria; ubi etiam multos allegans, ait, tantum posse dari à Papa iudices conseruatores. Qualiter uero possint hi delegare, uide dictum cap. finali.

Tertio nota, quod, quando litigant duo monasteria, & ambo eligunt conseruatores, is conseruator solum procedere debet, qui præuenit. Lomi. ff. de offic. consulis, & tenet Rom. consil. 412. quem refert, ac sequitur Mandosius d. verbo conseruatoria.

Quarto nota, expirare potestatem conseruatoris quoad negotia non cepta, mortuo eligente, ut expressè habetur cap. fin. de offic. deleg. in 6. sine.

Tandem nota, quo pacto inuocari possit auxilium brachij secularis; de quo uide Couar. quest. pract. cap. 10. num. 1. & 2. Auiles cap. 20. Prætorum, uerbo usurpation. 1. 6. Petz lib. 4. tit. 1. lib. 3. ordinam. Sed circa conseruatores à Regularibus eligendos uide quæ de nouo statuta sunt per nouam constitutionem Gregorij X. V. Romæ publicatam die 20. Septembris anni 1262. & declarationem Cardinalium circa hanc constitutionem.

DVBIVM VII.

An possit construi monasterium Religiosorum absque Episcopi auctoritate.

Primo dico, non posse. Probatur ex authentica de monach. in principio, collat. 1. vers. illud igitur, ubi sic habetur, auctoritas est, si quis monasterium edificare uoluerit, non prius licentiam esse hoc agendi, quam locorum Episcopum aduocet. & cap. quidam 18. quest. 2. quod est ex Concilio Chalcedonensi, ubi sic dicitur, Placuit neminem aut edificare, aut construere monasterium, aut oratorijs domum sine conscientia ipsius cuius Episcopi. Et tenet Turrec. ibi in principio, Paz pract. 1. tom. p. 5. cap. 3. §. 3. n. 31. & est certum, habenturque expressè in Trident. sess. 25. de regulis, cap. 3. & id modò innouatum est per bullam Clementis VIII. quam refert Quarta in summa bullarum, uerbo monasterium, ubi Pontifex etiam prohibet Episcopis, ne licentiam

concedant ad construendum nouum monasterium, nisi citatis, & uocatis etiam aliis, quorum interest, an possint tunc monasteria in tali loco sustentari. Quod, si ab aliqua parte appelleretur ab ordinario ad Papam, non prius ordinarius licentiam concedat, quam summus Pontifex respondeat.

Secundo dico, quod in constitutione cuiuslibet Ecclesiæ est necessaria licentia Episcopalis non sicut Ecclesiæ, athen. de Ecclesijs. Si quis autem, & ap. nemo, et 1. de consecrat. dist. 1. & docent Armil. verb. Ecclesijs, num. 4. Angel. n. 5. Tabien. quest. 2. Rosella Ecclesijs 1. num. 1. Syluest. Ecclesijs 2. quest. 1. Glossa athen. de monach. in principio, collat. 1. vers. pons. Nauar. §. in Luitico, & explicans bullam Gregorij XIII. de lubileo, uerbo basilica. Turrec. cap. quidam 18. quest. 2. lex 1. tit. 10. par. 1. & ibi Gregor. Lopez uerf. de cada, & Humada super illam legem glossa §. initio, ubi uidentur esse cum Gregorio Lopez an sit destruenda, si fiat sine Episcopi auctoritate.

Nota, hoc esse uerum in locis non exemptis in exemptis uero requiritur licentia Papæ cap. auctoritate, de priuileg. in 6. & sic intelligit cap. de locorum conseruatoria, de consecrat. dist. 1. Sic Armil. ubi supra, num. 7. Tabien. q. 3. Rosell. n. 2. Angel. Greg. Lopez supra.

Secundo nota, quod Ecclesijs Cathedralis non potest erigi sine licentia Papæ. cap. 1. ne sede uacante, cap. 1. de transit. Episcop. Greg. Lopez ubi supra.

Tertio dico, quod hospitale quilibet potest erigere, sicut & alia opera misericordie facere, & hoc sine auctoritate Episcopi; at non erit locus Religiosus, nec gaudebit immunitate Ecclesiæ, nec inter loca Ecclesiastica computabitur, nec erit sub Episcopi iurisdictione, & potest ad uisus profanos redire, & emi, & uendi, & donari. Unde iura dicentia, non posse fieri sine auctoritate Episcopi, intelliguntur, ut sit Ecclesiasticum, secus ut sit profanum. Sic Lopus, Holt. Petrus Innocent. quos refert, ac sequitur Syluest. uerbo hospitale, q. 2. Butrius cap. ad hac, de relig. donabus n. 3. & ibi Panormitan. num. 1. 3. & 4. Armil. uerbo hospitale, & ibi Tabien. §. 1. Angel. initio. Greg. Lopez par. 1. tit. 1. vers. hospitale. Bald. l. orphanorophos C. de Episcopis, & Clericis.

Limita, quod potest tale hospitale ad alios usus conuerti, ut intelligatur, uicente fundatore; cum enim sit dominus, potest pænitere, quoties uoluerit. At, eo mortuo, non potest hæres: tenetur enim defuncti uoluntatem implere, athen. de Ecclesijs, tit. §. si quis adificationem. Sic Panormitan. Tabien. & Armil. ibi, intellige (ait Armilla) nisi aliter ante mortem ordinasset constructor.

Imò potest quilibet edificare hospitale, etiam cum oratorio, sine auctoritate Episcopi; at non potest in eo oratorio celebrari sine Episcopi licentia, cap. uiciniques de consecrat. dist. 1. Sic contra quosdam (ut ibi refert) tenet Panormitan. d. cap. ad hac, fin. & Holt. Ioann. Andr. Vicent. Tancred. quos refert, & sequitur Sylua uerf. Hospitale q. 2. Armil. & Angel. ibi, Tabien. ibi §. 2. Anchar. d. cap. ad hac, n. 2. Butrius ibi num. 5.

Quarto dico, quod, etiam si constructum est hospitale, potest interuenire constructio Episcopi; & postquam eius auctoritate constructum religiosum, non potest interuenire, ut expressè habetur d. cap. ad hac, & tenet Sylua uerbo hospitale, q. 2.

Tandem

Tandem nota, quod licet Episcopus exercuerit in hospitali unum actum iurisdictionis, non per hoc probatur esse locum religiosum, & per hoc potest exercere alia iura episcopalia. Sic Panorm. & Feder. quos refert, & sequitur Sylua uerf. hospitale q. 1. Tabien. §. 3. Angel. supra.

DVBIVM VIII.

An, quando in priuilegio continetur, ut non intelligatur reuocatum, nisi de eo fiat specialis mentio de uerbo ad uerbum, intelligatur reuocatum per clausulam, Non obstante quocumque priuilegio, etiamsi habeat clausulam, ut de uerbo ad uerbum fieri debeat de illo mentio, cuius tenorem pro inserto uolumus hic haberi:

Constat inter Doctores, derogari prius priuilegium per ista uerba, quando ea apponuntur in canone, uel lege, uel constitutione. Ita Couar. uerbo de testam. 1. p. n. 20. dicens esse omnium plures referens, & Nauar. lib. 3. consil. de alar. consil. 21. & idem dicit Couar. si in secundo rescripto, uel priuilegio Principis dicta uerba apponantur motu proprio Principis, & refert plures.

Nota obiter, tunc dici Papam concedere motu proprio, quando, licet concedat ad alicuius petitionem, non fuit sola petitione motus, sed suo motu liberali, & spontaneo concessit. Ita Rebus. praxi benefic. tit. de clausula mandat. num. 21. fol. 103. & tunc solum gratia fieri censetur motu proprio, cum expressè hoc cautum fuerit in eadem, ut habetur cap. si motu proprio, de prebendis in 6.

At dubium est, quando talia uerba apponuntur in priuilegio secundo, aut rescripto ad petitionem alicuius concessio. Duplex est sententia.

Prima ait, tantum hanc clausulam non sufficere ad derogandum prius priuilegium, petens ad sui derogationem fieri de illo mentionem de uerbo ad uerbum. Ita tenet Paulus de Castro, Calder. Cardin. Feder. Felin. Iason, Tiraquellus, Decius, Sylua benefic. quos refert, ac sequitur clauso Curia stylo, Couar. ubi supra, Alaba 1. part. consiliorum, cap. 2. n. 3. §. imò. Anton. Gabriel dicens, cum Felino esse communem, tomo 3. communium, centuria 1. conclus. 92. fol. 31. & 2. tomo lib. 6. tit. de clausulis, conclus. 5. fol. 405. num. 11. Neuiza. consil. 12. num. 172. Castiodorus decis. 10. de regulis cancellarie.

Secunda sententia tenet talem clausulam appositam in secundo priuilegio, uel rescripto, derogare prius priuilegium, petens talem mentionem specialem. Probatur, quia si diceremus contrarium, indirectè minueretur potestas Papæ: nam, cum priuilegia consistant in facto, & Papa non habeat omnium memoriam, impossibile est esse de omnibus habentibus talia priuilegia, facere mentionem, & sic ea derogare. Item, quia sufficienter Papa suam exprimit uoluntatem, dum dicit, non obstante quouis priuilegio, etiam petente de uerbo ad uerbum fieri mentionem; nec præcedens Papa potuit uoluntatem successoris restringere. Item, quia Couar. ubi supra, ad idem, absque dubio hanc sententiam esse amplectendam, si stylus curia: eam admitteret, & Doctores grauissimi, quos ipse refert, dicunt sic habere stylum curia: Hi

sunt Ludouicus Gomez, Ioannes Staphileus, Anton. Felin. Socinus, Collectarius, Dominicus, quos refert, & Castiodorus, & Sylua benefic. qui attentò iure priore sententiam tuerunt, dicunt attentò curia: stylo hanc esse ueram. Eandem tenent Bald. Angel. Panorm. Alberticus, Socinus, Aimon, Anan. Barr. & alij, quos refert Couar. ubi supra, Rebus. in forma mandat. Appositio, uerbo pro expressis. Anton. Gomez tomo 1. communium lib. 14. fol. 170. uerf. priuilegium. Syluest. uerbo exemptio q. 11. & testamentum. 1. q. 1. 2. Agnill. uerbo exemptio, num. 11. Rosella num. 1. Passarellus in compendio Minimorum, cap. 8. & 12. & dicit, sic respondisse Cardinalem Alexandrum à Vicario generali Minimorum rogatum uerbo, absque iurisdictione, quoad Fratres, n. 13. & uerf. priuilegia. num. 24. Cordub. in eodem compendio, uerf. priuilegia. Nauar. cap. si quando, de rescript. tota except. 1. Gomez in compendio regularium cancellaria, quest. 6. & dicit, in pætorio Rotæ semper iuxta hoc sententiam ferri. Idem Manuel Rodriguez in expositione motus proprii Pij Quinti, quem ponit in fine Bullæ Cruciatæ, n. 6. Sit

Prima conclusio. Ut priuilegium continens derogari non possit, nisi de eo fiat specialis mentio de uerbo ad uerbum derogetur, necessarium est de eo fieri mentionem, saltem in specie, id est, non derogatur per clausulam generalem, non obstantibus quibusuis priuilegijs, sed oportet de hoc facere mentionem, scilicet, dicendo, quomnis in alio priuilegio petatur expressa mentio de uerbo ad uerbum. Ratio, quia dum tale priuilegium petit ad sui derogationem fieri expressam mentionem, aliquid speciale petit, quod non petunt alia priuilegia non habentia talem clausulam; ergo, quando non apponitur, lignum est nolle derogare. Sic Sylua testamentum. 1. q. 12. & in hoc casu uera est prima opinio, nec contradicit secunda.

Secunda conclusio. Probabilior est secunda sententia, scilicet, non requiri ad derogandum tale priuilegium, de eo fieri mentionem in individuo; sed fat est in specie dicentem, non obstante quouis priuilegio; licet ad sui derogationem requiratur speciale de eo fieri mentionem, Probatur ex adductis pro ea.

Nota hanc conclusionem tenere uerum, licet dispositio prior, cur derogandum est, prohiberet, ne illi derogari posset, etiamsi apponeretur talis clausula, quia Papa præcedens non potest contra potestatem successoris aliquid statuere. Unde, dicente Papa, ut tenor obstantium habeatur pro scripto de uerbo ad uerbum, nulla obstantia huic rescripto nocent. Ita Collectarius, & Bald. quos refert, & sequitur Nauar. ibi.

DVBIVM IX.

An Regulares possint uti suis priuilegijs contra alios Regulares similia priuilegia habentes, etiamsi ipsi illis non utantur, & similibus familiaribus Religionum contra ipsos Religiosos, etiamsi ipsi Religiosi non utantur.

Nota dupliciter posse communicari priuilegia Religionis aliquibus. Primo modo independentur à tali Religione, & ac si ipsi specialiter concessa fuissent: & hoc modo communicantur

tur privilegia omnium ordinum. adicantibus. Secundo modo non sic specialiter indendent, sed dependenter ab ipsa Religione hoc modo communicantur privilegia Religionum familiaribus, & donatis earundem, & quibusdam aliis. Ratio, quia Papa directe vult concedere privilegium, & favere Religioni, & his indirecte & dependenter, in quantum sunt aliquid illius, & in quantum favor horum resultat in Religionis favorem; at, quando communicat quatuor privilegia Religionum ordini Mendicanti, non intendit in hoc favorem, & privilegium Religionis, cuius privilegia communicat, sed ordinis Mendicantis, & sic specialiter, & independenter illi concedit privilegium; sic notat Corduba super privilegia Mendicantium, verbo, communicatio quoad fratres, §. 9. Sit

Prima conclusio. Illi, quibus communicantur privilegia primo modo, ut sunt omnes Mendicantes, possunt ex æquo gaudere omnibus privilegiis sibi communicatis, etiam contra illos, quibus concessa fuerant, per quorum communicationem ipsi gaudent, & licet hi, quibus fuit concessum tale privilegium, eo non vntur, vel

illud perdant, ij, quibus communicantur, non perdunt, & possunt eo uti. Ratio, quia iam talia privilegia facta sunt sibi propria, & illi specialiter concessa, à tali Religione independenter, ac si illi concessa non fuissent. Sic Cordub. ubi supra.

Secunda conclusio. Ij, quibus communicantur privilegia secundo modo, ut sunt familiares donati, non possunt uti privilegiis contra ipsos fratres, quorum privilegia illis communicantur; si Fratres perdiderint, seu non vntur, perunt similiter, & non possunt uti. Probatur prima pars, quia talia privilegia communicantur iis independenter à tali Religione, & in eius favorem; ut, quod in ipsorum Fratrum favorem principaliter datum est, non debet contra ipsos retorqueri, cap. quod ob gratiam, de regul. iur. in 6. & cap. quid per novale, iuncta glossa, de verb. signif. & docet Sylvest. verb. privilegium quest. 10. disto 5. Probatur secunda pars; quia, cessante principali, cessat accessorium, Panorm. cap. ex parte de foro comper. ad finem. Bald. l. omnia. C. de Episc. & cler. Barr. 1. ff. de legat. 1. Sed hæc privilegia principaliter cedunt Religioni, & accessorie familiaribus, Cordub. ubi supra.



LIBER



LIBER SEPTIMVS
Opusculorum moralium, seu Consiliorum.

CAPVT I.
De Ordine.
SYMMARIUM.

DVBIVM I.

An Ordo sit Sacramentum, characteremque imprimat? & de eius materia, & forma in generali.

- DVB. I. An Ordo sit Sacramentum, characteremque imprimat? ac de eius materia, & forma in generali.
1. An sit de essentia huius Sacramenti, ut qui initiatur tangat materiam.
2. An sit de essentia huius Sacramenti Ordinis in sacro & Diaconatu manus inpositio.
3. An sit de essentia Ordinis, ut ministratur ab Episcopo faciente sacrum.
4. An sit de essentia Sacramenti Ordinis, ut idem Episcopus proferat verba, porrigat materiam tangendam ab ordinando.
5. An primatus sit Ordo, & sic Sacramentum, characteremque imprimat, & gratiam conferat.
6. An quatuor Ordines minores, sint verè Ordines, & sic Sacramenta, characteremque imprimant.
7. An Subdiaconatus, & Diaconatus sint Ordines verè, & propriè, & sic Sacramenta, characteremque imprimant.
8. An Episcopatus sit verè, & propriè Ordo, sique Sacramentum, & characterem imprimat, gratiamque conferat.
9. An Cardinalatus sit Ordo, & in quo ab Episcopatu differat.
10. Quid distet inter Episcopos, & simplices Sacerdotes inter se, & inter Episcopos, & Archiepiscopos, Patriarchas, Primates, & Papam.
11. Quid sit materia, & que forma singulorum Ordinum, & in quo actu imprimatur illius Ordinibus.
12. An si in celebratione Ordinum aliquid omitatur, sit supplendum.
13. An character unius Ordinis necessario supponat characterem alterius Ordinibus.
14. Quid requiratur essentialiter consecratio Episcopalis, & que tantum ex precepto.
15. Quid conferat pallium Archiepiscopo, & Patriarche, seu Primati, id est, que possit ante pally receptionem.
16. Qui sint actus proprii, & ministeria singulorum Ordinum.



PRIMO loco agam de his in generali: deinde de singulis Ordinibus in speciali distentam, an sint Sacramenta, & de materia, & forma.

Supponenda ergo in primis est definitio huius Sacramenti, est enim ordo, Sacramentum quo potestas spiritualis significatur, & traditur in ordine ad corpus Christi consecrandum. Unde idem est, quod ordinatio. Sic Sotus 4. dist. 14. quest. 1. art. 1. Sit igitur

Prima conclusio. Ordo est verè & propriè Sacramentum. Conclusio est de fide definita in Concilio Tridentino, & in Florent. sess. 23. cap. 1. & cap. 3. quod etiam testimonio Scripturæ, & Sanctorum confutans hæreses oppositas late comprobatur Bellarm. tom. 2. controver. 5. lib. 1. de sacram. ordin. c. 1. usque ad 4. inclusivè, & probatur ratione, quia omnis ceremonia instituta ad dandum gratiam, est Sacramentum propriè dictum, sed huiusmodi est ordo: ergo. Probatur minor; quia Deus, cuius perfecta sunt opera, Deut. 32. cum dat potestatem, dat ea, quæ requiruntur ad legitimum, & congruentem usum, ut videmus in rebus naturalibus, quibus Deus non tantum potestas operatus dedit, sed etiam qualitates, & instrumenta, quibus expedire, & rectè illis utantur; sed in ordine datur homini potestas conficiendi, & ministrandi Sacramenta, quæ à peccatore rectè exerceri non potest: ergo dabit Deus cum ea potestate gratiam iustificantem, & perfectentem animam, ut ritè fungatur tanto ministerio.

Secunda conclusio. Ordo imprimat characterem. Conclusio est etiam de fide definita in Florent. & Trident. d. sess. 23. cap. 4. & sess. 7. de sacram. in genere, idque adversus hæreticos comprobatur ex multis Sanctis. Bellarm. supra cap. 10.

Hinc fit duplicem esse effectum huius Sacramenti apud omnes Catholicos certum: alter est potestas spiritualis perpetua, & indelebilis, quæ est character: alter verò gratia gratum faciens, quæ possunt ordinati ritè fungi suo munere.

Tertia conclusio. Septem sunt ordines in Ecclesia, quatuor minores, scilicet Ostiarii, Lectores, Exorcistæ, & Acolyti, & tres maiores, scilicet, Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotij, ut habetur in Trident. dist. sess. 23. cap. 2. Primi quatuor vocantur non facti; tres verò postremi facti vocantur; licet enim omnes res sacræ sint, ac Sacramentum,

Th Sanchez Consil. moral. Tom. II.

Z